

05

A

1141

DISPUTATIO THEOLOGICA,
De
CONSEQUENTIBU
JUSTIFICATIONIS &c.

Ex Rom. Cap. V. v. i. & seqq.

HUG. GROTIUS potissimum opposita.

Quam *Per*.
PRÆSIDE

Summè Reverendo, Magnifico, Amplissimoq;
VIRO,

DN. ABRAHAMO CALOVI

Doctore Theologo Celebratissimo, inq; Cathedra Lu
Theol. Prof. Primario, Ecclesiae Wittebergensis Pastore vigilantissimo
Historii Ecclesiastici Assessore Gravissimo, Circuliq; Electoralis
Saxonici Superintendente Generali
longè meritissimo,

Dn. Patrono, Fautore, Præceptore, ac Hospite
observantissimè colendo,

Examini publico exhibet

M. CHRISTOPHORUS WAGNERI
Ulmensis.

In Auditorio Majori.

Die 13. Octobris Anno M. DC. LXXIV.

WITTEBERGÆ,

EXCUDEBAT JOHANNES WILCKIUS.



I. N. 3.

ANNOTATA ANTI GROTIANA
AD EPISTOLAM AD ROMANOS.

CAPUT V.

DISPUTATIO
PUBLICA
RESPON-
DENTE
M. CHRI-
STOPHO-
R. WA-
GNERO,
ULMENSE.

ARGUMENTUM ET PARTITIO.

Declaratur à posteriori justificatio per fidem à pace conscientia, & fiduciā accessionis ad DEum, ac spe futura gloria; quae ē DEI dilectione & Christi pro nobis satisfactione firmatur. Quandoq; videm per unius quidem peccatum in omnes reatus venerit, donum verò gratiae per Christum non ab uno peccato tantum, sed ab omnibus liberat; & quum peccatum per legem efficacius redditum sit ad condemnationem, multò magis efficax habenda gratia, non tantum liberando nos à dominio peccati & mortis, sed etiam dominando per justitiam ad vitam in Christo.

Partes tres sunt: Prima ē *synthesis*, quā declarat, & declarando statim inat justificationem per fidem ē consequenti, pace cum DEo, u. q; ad verl. 11. inclusive. Secunda est *demonstratio*, quā ex antithesi Adami primi & secundi confirmat justificationem gratuitam per imputacionem justitiae Christi usq; ad v. 19. incl. Tertia est *paraskeva*, quā viam sibi sparat ad objectiones, de lege nos instruens ad quid illa profuerit, nimirum non ad justificationem, sed ad peccati exegenerationem.

a

vratione: M



ANNOTATA ANTI GROTIANA

rationem, & gratia DEI in Christo amplificationem. De cetero si universam oīnovouīas disputationis Pauline attendamus, occurrit hic argumentum tertium & quartum Be. Bartolomaei thematis principali: ut pote probatio iustificationis fidei à posteriori vel consequenti pace sc. conscientiae: ut & ē similitudine & comparatione ortus iustitiae & iustitiae, & collatione Adami & Christi. Unde munere probationis defensus Apostolus ad credentes progressus, seu vindicandum doctrinam de iustificatione per fidem, viam sibi parat, commonefaciens de Causā subingressa legis.

ARTICULUS III. ARGUMENTUM A POSTERIORI, E PACE CONSCIENTIAE.

PARS I. CAPITIS εξηγήσεων.

Declarans iustificationem per fidem à posteriori.

¶. 1. Δικαιογένες εν τῷ πίστει.

Mundati igitur à peccatis per fidem.

εἰπόντες ἔχουσιν τοὺς Θεούς.

Amicitia DEI fruimur. Vide qvæ supra IV. 4. Hic nōn quod ibi, & jam mox χάρις. Sicut Abraham amicus DEI fuit, Jac. II. 23. sic & nos.

Ἄλλα τὰ καθέτα τοῦτο τὸν χριστόν.

Ei post DEum gratiam debemus. Causam jam exprimet.

¶. 2. διὰ τοῦτο τὴν περιστροφὴν ἐργάζομεν τῇ πίστει
εἰς τὸν χάριν ταύτην.

A quo tūm alia habemus beneficia, tūm hoc vel mai-
sum, quod ille nobis dedit credendi causas, ut sic per
fidem

fidem perveniremus ad illam DEi amicitiam & benevolentiam. Περούγιον respondet Hebreo 3& בָּנָם קָרְבָּן, unde οργονωγών tūm hic, tum Eph. II. 18. III. 12. est aditus ad rem vel personam. Pro τηνίσιν in Manuscripto ē τηνίστε, qvod Paulo usitatus, & solent facile excidere literæ repetitæ.

Justificationis qvæ per fidem sit, & non ex operibus, hoc consequens est, qvod pacem conscientia, acquiescentis in gratia DEI, de qvâ certi sumus, habeamus; pacem cum DEO, qui ex irato nobis factus est placatas, peccatis nobis remissis, nobisq; in gratiam receperis, & ad hæreditatem salutis adoptatis. Unde à posteriori firmatur ex hâc pace & tranquillitate conscientia thema Apostolicum, qvod noa operibus, sed fide solum justificemur. Ea enim est vera justificatio, qvæ parit tranquillitatem conscientie; at non justificatio per opera, sed qvæ per fidem sit, conscientia parit tranquillitatem. Pone enim reqviri ad justificationem nostra opera, sive iisdem solis, sive cum fide junctis obtinenda sit justificatio, nunquam tranquilla esse poterit conscientia, qvia nungam certi esse poterimus, utrum talia ac tanta opera, qualia & qvanta ad justificationem requiruntur, præstiterimus. Qæ causa etiam est, qvod Papistis & Operariis cæteris dubitandum sit de gratia DEI, qui etiam docent, nos certos de eadem esse non posse, unde dogma de certitudine gratiae damnatum est in Concilio Tridentino. Quid verò hoc alind est, qvam d. gma Apostoli um damnare? siquidem Apostolus hic tām prolixè adst̄ nat, justificatos ver fidem pacem habere cum DEO accessum habere ad DEum cum fiduciâ, stare in gratiâ, & gloriari ob spem glorie Dei; gloriari etiam in ipsis caritatibus, imò de calamitatibus ipsis gloriari, qvod certi sumus easdem non posse nobis interverttere cælestem beatitudinem, sed per tribulationes nos ingredi in regnum DEI. Act. XIV. 22. Justificatio autem perperam à Grotio per mundationem a peccati, qvam ille de sanctificatione intelligit, explicatur; qvum non in sanctificatione, sed peccatorum remissione consistat, teste Apostolo, cuius consequens est sanctificatio. Perperam etiam confunditur

ANNOTATA ANTI-GROTTIANA.

signū & χάρις: nam hæc principium & causa est iustificationis; illa vero effectum, & consequens est, pax nempè cum D E O, quæ habemus non tantum ex parte rei, qvia DEus nobis proprius factus est, per fidem in Christum, sed etiam qvoad certitudinem mentis nostræ, qvia gratia & dilectio DEI effusa est in cordibus eorum, qvi iustificari sunt. Atq; ita per fidem habemus non tantum amorem benevolentie, vel propitiationis, qvia placatus nobis DEus est per Christum, ejusq; gratiam, & propitiationem fide apprehendimus, sed etiam amorem amicitie, qvia DEus nos ut amicos haber, imò ut filios; de quo Amore divino certi reddimur per Spiritum S.

Quid igitur? Per igitur ergo tūm reconciliatio cum DEo intelligitur, qvia additur wœs nō Gōd, tūm conscientie qvies & tranquillitas: qva in sensu & certitudine illius reconciliationis consistit. Qvam igitur habemus per Dominum nostrum Jesum Christum, respectu mentis, siquidem eandem nobis acquisiverit, & per fidem in Christum ratione apprehensionis, & applicationis. Adit Apostolus per Christum etiam nos habere wœgōzayyā ad illam gratiam, in qua sumus iustificati per fidem: qvod non de adductione ad gratiam, qvare ea à Christo acquisita est, intelligendum, q. d. adducti sumus ad gratiam, morte Christi; sed qvatenus ea nobis applicata est proper Christum in iustificatione, qvia ṫh πίστη in fide & per fidem exm habemus adductionem: ubi nihil sensui accedit, aut decedit, sive præpositio ē addatur ṫh πίστη, sive non addatur; qvum sensus idem sit, etiam si expresse addita non sit præpositio. Potest autem verbum ἐξήναται etiam non male in presenti accipi ut Lutherus reddidit, mir haben einen Zugang; qvia ut in iustificatione per fidem adducti sumus ad gratiam, ita iustificati accessum semper ad gratiam habemus, & cum fiducia ad eandem accedere possumus, non secus atq; accedebant ad propitiatorum fideles in Vét. Test. Eph. II. 13. Ebr. IV. 16. Anteqvam DEO per Christum reconciliaremur, cogebamus DEum fugere, nosq; coram facie ipsius abscondere, Gen. III. 8. sed postqvam fide in Christum

AD EPIST. AD ROM. CAP. V. ¶ 2.

sumus DEO reconciliati sumus, patet nobis perpetuus & liber ad gratiam divinam aditus.

eo h̄ istnauip:

In quā nēmē fide stamus, id est, cāvemus nobis à peccatis. Nam sicut qui peccat cadere dicitur, Heb. IV. 2. Jac. V. 12. sic stare, qui à peccando abstinet, infra XIV. 44. Cor. X. 12. Est hic p̄t̄eritum pro p̄sente, mōrē Hebræo.

Etsi ad id ut fide stamus, opus sit, ut cāvemus nobis à peccatis, qvib⁹ fide excidimus, Rom. XIV. 4. 1. Cor. X. 12. non tamen h̄ac idem lunt, s̄t̄ r̄fide, & à peccato abſtinetre. Nam fide stant, Non idem qui perseverant in fiduciā, qui fidem retinēt, & ita immoti persistunt in gratiā DEI; fide autem amissā, vel excusā, non amplius sumus in DEI gratiā, nec stare coram DEO, nēdūm consistete catō abſtī- possumus intrepidē, aut accessum habere ad gratiam DEI, ḡn̄ay n̄rt.

non simpliciter significat stare, verum etiam in statione per- sistere, in firmā fiduciā permanēre, metaphorā ductā ab acte, in quā strenui milites ne latum q̄pidem p̄dem hosti cedunt,

ait B. Gerhardus.

ναυχάμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης Θεοῦ

Fulcimur spe gloriā illius qvam à DĒo accepturi su-
mus, secundum promissa Christi. Kavχαθαι est aliquarē
inniti, ut diximus supra II. 17. 23. Itaq̄ve ιχυ qvod est
gaudere vertitur & per ναυχάθαι & per ναναυχάθαι, ut
& γρ̄γ & πτ̄γ qvæ paris sunt significatus.

ναυχάθαι plus infert qvā in inniti aliq̄are, vel sc̄iri, qvod
Grotius differt non potuit, cum per GUDERE id etiam expo-
suit. Sed gloriari adhuc differt, eisli cum ḡndi conjunctam fir-
mōn enim gloriāmūr nisi de his, in quibus gaudeamus; De te nobis
gloriosā, vel in qvā si am esse gloriām nostrām censemus GLO-
RIARI solemus; ideoq; gloriari dicuntur iustificati per fidem in

ANNOTATATA ANTI GROTIANA

Spe, vel ob spem gloriae DEI, qvod nemp̄ certō sperent, se gloriis cœlestis participes fore: gloriantur autem non in operibus suis, sed unicē in Christo: nam qvī gloriari vult, glorietur in Domino Jer. IX. 25. 1. Cor. 4. 31. 2. Cor. XI. 7. Gal. VI. 14. Δέξησθε vero catur cœlestis gloria, tūm efficienter, qvia à DEO datur, tūm objec-
tivè, & formaliter, qvod in DEO & fruitione DEI consistat hæc gloria.

¶. 3. § uero.

Non tantūm gaudemus ea spe.

απόλειμμα καυχώμενος θλίψεις.

Hic proprius effectus magni illius, id est, Christianæ fidei, gaudere adversis, qvæ propter DEI & Christi nomen eveniunt. Exemplum vide Act. V. 41. quale in veteri testamento frustrā qvaras. Adde II. Cor. VII. 4. VIII. 2.

Qvæ vetò hic differentia Ver. & Novi Test. qvaritur? An non Abrahami & Davidis exemplum ad justificationem per fidem adduxerat Apostolus? non nos insistere vestigiis fidei Abrahamicæ jusserat? Justificationis autem fidei conseqvens est illa gloriatio. Neq; desunt gloria ionis in adversis cum præcepta, tūm Patriarcharum exempla in Ver. Test. Si Mosis, Jobi, Davidis, Danielis & Sociorum, ac Maccabaicam historiam diligenter ex-
pendas, & parænesis in Psalmis, & apud Prophetas scruteris. vid. Job. I. 21. Ps. XXIII. 4. Ps. LV. 11. seqq. Ps. LXIX. 4. Ps. LXXI. 8. 25. Ps. LXXXIII. 28. Ps. XCVII. 11. 12. Ps. CXVI. 13. &c.

εἰδότες ὅτι οὐ θλίψεις ταύματον κατηργάζεται.

Nemp̄ in credentibus. ταύματον sufferentiam verit Tertullianus, alii Latinus tolerantiam aut patientiam: eam intellige per qvam DEI causa mala qvævis li-
benter toleramus.

Non per se operatur patientiam, sed per accidens, qvæ cum
fide conjugata est, vel in credentibus. Pontificis perperam meri-
ta

AD EPIST. AD ROM. CAP. V. v. 3.

ta operum vel passionum inde colligunt: quia non condigne sunt passio-
nes nostrae gloria Rom. IIX. 18. neq; afflictio causa est Patientia, seu
Physica seu moralis, nedum peculiariter meritoria, sed κατεργάστραι
patientiam solum, quia in credentibus consequitur patientia: quia
patientia exercetur & probatur per θλίψιν: Spiritus S. autem in
afflictionibus & per afflictiones operatur in credentibus patienti-
am; quia utitur afflictionibus, ut discant patienter tolerare malas;
ut fide promissis divinis habitâ se sustentat, & mala superent,
adjungi divinâ gratiâ. Solitus Christi passiones λύτροι sunt, nostrâ
vel νιωγίαι sunt, vel δοκιμασίαι, vel μαρτύρια, lirron & expiatio-
nem apud DEm esse nequeunt.

ν. 3. δοκιμή δοκιμή.

Explorationem, nempe sui ipsius: nam patiendo
discit homo suas vires. Alibi sumitur id nomen respectu
aliorum, at Jac. I. 3. τὸ δοκιμόν ponitur μεταρύπικῶς pro ipsis re-
bus adversis.

Recte B. Gerhardus, Extra cruce summum meri Theorici, in cruce
vera & vivâ praxi articuli de gratuitâ justificatione proponitur. Sitio
XXXIV. 10. Metonymie etiam Thomas Jac. I. 3. accipit τὸ δοκιμόν h. m.
tribulario operatur patientiam.

ν. 4. τὸ δοκιμόν εἰπεῖται:

Nam qui scit se durissima pati DEI causa, ejus spes
magis magisq; acceditur, tunc ex DEI bonitate, cui non
convenit talem patientiam non munereare, tunc ex pro-
missso Christi Marc. V. 12. Joh. XVI. 20.

Qui in cruce conformantur imaginis Filii DEI, ex eo confir-
mantur, quod etiam eidem aliquando conformandi sint in glo-
ria. Rom. IIX. 20.

ν. 5. ἡ αἴσθηση Θεοῦ συνέχεται τοῖς ημέραις ημῶν Δια-
πνευματικής αἵσθετης οὐδεὶς οὐδεὶς.

Hoc dicit: eo minus dubitandum habemus de rei
speratae eventu, quia etiam arthram à Deo accepimus Spi-
ritum

ANNOTATA ANTIGROTIANA

ritum Sanctum, Dei dilectio hic intelligenda quia DEUS homines diligit, ut videre est infra 8. Spiritus effusus in Christianos, id est, ubertim datus dicitur Act. II. 17. 18. 33. X. 45. Tit. III. 6: Hic verò ipsa DEI dilectio effusa dicitur, id est, abundantius testata hominum animis. Nam quisque sibi conscientius donorum quae acceperat, recte inde colligebat magnum in se esse DEI amorem. Non solent tam magna promutuo ii dare, qui fidem volunt fallere. Adde II. Cor. I. 21. 22. Eph. I. 14.

*An dilectio
DEI activa,
an v. passiva
hic dicatur in
nobis effusa?*

Hæc trius se habeant, quam Papistarum glossa, qui non de dilectione DEI activa, quam nos diligit, sed passiva, quam diligitur a nobis explicant: & effusam in nos vel insam charitatem formam justificationis nostra hinc exculpe, e volant. At de consequentiis huius justificationis hic agit Apostolus, non de causa ejusdem vel formâ. Neq; effusio physicè intelligenda, sed ut agnoscit Grotius, alias liberenter Papistis gratificans, dilectio DEI effusa dicitur, id est, abundantius testata hominum animis. Ita explicatur in commentario, qui adscriptus est Ambroso, de Charitate, quam nos DEU diligit. Pignus charitatis habemus in nobis per S. S. qui datus est nobis. Quam interpretationem etiam probavit Glossa ordinaria, Dominicus à Soto, Cajetanus, Toletus, Justinianus. Quae explicatio etiam patet è contextu. Probar enim Apostolus spem non confundere, quia charitas DEI effusa est in cordibus nostris. Firma est haec probatio è dilectione DEI erga nos, quam solidè sustentatur & fulcitur spes nostra; at nimis infirma è dilectione nostris erga DEum, quia maxime vacillat, multisq; modis imperfetta est, & contaminata ob eam, quae in nobis reliqua est, pravae concupiscentiae labem. Solius DEI Amor erga nos, quem ex testimonio S. S. in nobis habemus, potest obsignare spem hereditatis cœlestis in nobis. Conf. I. Joh. III. 13. 16. & de Charitate DEI erga nos agi v. g. innuitur, quam Deus ipse commendat, conf. I. IIX. v. ult. Ult taceam, quod Charitati nostra erga DEum non adeo conveniat verbum effusionis, quod abun-

ANNOTATA ANTI GROTIANA

abundantiam importat; quum deficiat potius, quam abundet in nobis Amor erga DEum. Ideo de charitate $\eta\pi\delta\eta\mu\alpha\sigma$ o $\Theta\delta\epsilon\zeta$ $\epsilon\pi\delta\epsilon\zeta\eta\alpha\tau\omega$ explicat Chrysostomus: cui consonat Theophil. Oecumen. ut & Primasius. Quae charitas effusa in nobis non quam in hensionem subjectivam, sed quam manifestationem, & quam effectum, vel se ipsum eadem in cordibus nostris effusum, Ps. XXXV. 9. fatente implomet Pererio Jesuita; sive legamus diffusa sive effusa, non aliud est in voce significatur, nisi quod charitas DEI aperiit ac evidenter declarata sit.

¶. 6. Εὐαγγέλιον.

Hoc γρ̄d non connectitur cum prioribus, sed novum est argumentum ad probandum DEI in nos amorem, à minus credibili ad magis credibile assurgens. Legerunt hic sibi εἰ, alii εἰς τῷ: sed ἐπιστευται est, & construitur cum ἐπιστευται, quomodo mox legetur, ἐπιάμαρτυρῶν των ήμων.

Cum non connectatur cum prioribus, annon & consolatio his efficacissima habetur aduersus afflictiones, quod Christus pro nobis, cum adhuc infirmi peccatores & impii essemus, mortuus sit, adeoque nos justificatos & in gratiam receptos non possit relinqueretur in adversis? & luculentissimum Charitatis DEI testimonium, quod pro nobis Filium suum in mortem tradiderit, ac proinde postquam reconciliati jam ipsi simus certò sperare ab ipso habemus salutem? εἰ των ήμων διδεῖν.

Cum nondum vires accepissemus ad serviendum DEO,

¶. καὶ ναύαρι.

Tempore ad eām rem opportuno, Joh. XIII. i. XVII., 1. Gal. IV. 4. Exactis hebdomadibus Danielis: destructis regnis.

Non facit hoc tempus illud constitutum: quia instituitur comparatio statū antecedentia, cum adhuc impii essemus, & praesenti, postquam justificati sumus; & Christum etiam tūm cum adhuc impii essemus, imò inimicujus, pro nobis mortuum docet; quanto ergo magis nunc, cum justificati & amici ejus facti sumus, nos servabimus.

B

servabimus.



servabit & unde illud κατὰ καρδίαν exponitur postea per ἡμέραν v. 8.

ἀπὸρει αὐτοῖς.

Id est, etiam pro impiis, qualēs multi non intergentes tantum, sed & inter Judæos. Qvod hic dicit αὐτοῖς, mox dicit αὐτοῖς, sensu scilicet eminentiore, qvomodo Hebræis רשות וְיַדְנָתָן pro eodem sumi solere notatum est eruditis. Græci quoq; interpretes pro utraq; illa voce Hebræa modo dicunt αὐτοῖς, modò αὐτοῖς. Vide qvæ diximus libra II. de Jure Belli ac Pacis cap. XX. 44.

ἀπὸρει αὐτοῖς;

Ideō mortuus est, ut illi peccatores ad fidem perduci possent, qvæ fides præcipue nititur morte Christi. & resurrectione, vide suprà IV, 25.

Impii non multi tantum sunt, sed omnes. Nulla enim est οὐδεπολη. Omnes peccavimus Rom. III. 21. Qvod v. 12. & deinceps hoc loco docet Apostolus, qvomodo peccatum omnes invaserit, omnesq; peccato & morti obnoxii facti sint. Neq; tantum pro nonnullis, sed pro omnibus mortuus est Christus 2. Cor. V. 15. factus propitiatio pro peccatis totius mundi 1. Joh. II. 2. qvod ad v. 8. etiam agnovit Grotius. Nec mortuus solum est, ut peccatores ad fidem perduci possent, nitentem præcipue morte & resurrectione Christi; sed ut pro iis satisfaceret; non de resurrectione hic agitur, qvā nī i fidem imprimis Grotius censet, sed de morte Christi: qui pro impiis ipse mortuus est, h. e. loco, & vice eorum, uti vox ὑπὲρ Gen. IV. 35. c. XXX. 2. Ex. VII. 1. Lev. XVII. 11. Job. II. 4. Ef. XIII. 4. Prov. XI. 8. Lut. XXII. 19. 20. Joh. X. 15. c. XI. 51. 52. c. XIII. 38. c. XIV. 17. Act. XXI. 25. 1. Cor. I. 13. c. V. 7. c. XV. 29. 1. Thes. V. 9. 10. Phil. V. 13. 1. Pet. II. 27. c. IV. 1. 1. Joh. III. 16. Ebr. II. 9. accipitur, & hic à Syro per vocem פָּרָה commutationem inferente redditur: Quem sentum laus parallelus 2. Cor. V. 14. 15. confirmat, & allusio ad sacrificia, qvæ surrogabantur.

Qvomodo pro
impiis Chri-
stus mortuus?

AD EPIST. AD ROM. CAP. V. ¶. 6. 7.

bantur vice pravaricatorum : Conf. Lev. XVII. n. & quæ Socinismus
Profligato adducta sunt p. 387. seqq. quæque tradidit Grotius ipse fil.
Cathol. de Satif. Christi.

v. 7. οὐδὲν γένεται τοῦ πεπάθειας οὐδὲ θεμέτων.

Syrus legit ὅπερ αὖτις. Sensu optimo. Magnum est
quod dixi. Est hoc petrarum, ut quis pro homine malo
mortem velit oppetere. Loquitur ex sententia Philosophorum ac Judæorum. Seneca: *Succurram perituro, sed*
ut ipse non peream. nisi si futurus ero magni hominis aut ma-
gne rei merces. Idem sensus in epistola Epicuri ad Py-
thagorem. Philo: μόλις διεπιεύσῃ φρέσκος ἐπ' ἀδεῖ λυσιπλεῖ
παραδίδειται γενομένους.

Non praefenda nec admittenda hic *Syri* translatio, quum
reflexe habeat *Græca* lectio: exaggerat enim Apostolus, quod di-
xerat Christum mortuum esse pro nobis impiis: *vix enim PRO IU-*
STO quām situr, ut vulg. habet. Quod Hieronym. in Epist. ad Al-
tagium q. VII. de re accipit, ut & B. Luther. sed quia de peccatoribus
& impiis agit Apostolus, persona rectius intelligitur. Vult qui-
dem Grotius ἔχει hic esse facile, ut opponatur τῷ οὐδεὶς. Sed ob-
servavit Suidas, τάχα etiam quandoque esse fortasse, forrè, casū, vel
fortunā. Utique reddidit quoque vulgatus. Nam pro bono forsitan
quis audeat mori, unde per correctionem hæc subinxit Apost.
τοῦ εἰδήσεως τάχα ήτοι τολμᾶ ἀποθετεῖν, contingere quid in
forrè, sed raro, ut quis pro justo moriatur. Συγχώρητον esse ad-
mitit Grotius. Porro τολμᾶν eis sustinere sit, ut Grotius ab
exemplis τολμᾶ inserviat, Ελμᾶ διπέχεσθαι docet: connotatur ra-
men audacia, quam Syrus expressit ΠΛΩΝΙαν fuit, & Latinus:
Quia audacie insignis species est, ipsam mortem alterius loco adire.

v. 8. ενίσησι τῇ ιανῇ αὐτὸν εἰς ήμᾶς θεός.

Hæc est dilectio DEI τογηγμένη erga omne huma-
num genus indistincte, ονίσησι, conspicuam facit, ut su-

ANNOTATA ANTI-GROTIANA.

pra III. 5. DEO hoc asserbit, qvia is filium suum tradidit,
filio suo non pepercit.

ἐπέπι σμαρτωλῶν ὅντων οὐκαν χειρὸς τοσὲδη οὐκαν
απέθανε.

Repetit paulum mutatis verbis sensu eodem qvod
dixerat, ut egregium & memoria infigendum.

Imo non repetit idem : sed ut *Fili* dilectionem anteā prædi-
cavit, ita jam *Patris* etiam dilectionem inde ostendit ; qvod clari-
ssimè hoc documento eam illustrari, & commendatam atq;
illustrem nobis reddiderit, ut vox τονίζεται importat. Qvomo-
do enim illustrius esse potest dilectionis testimonium , qvām
cum ita qvis benefacit inimicis , ut pignus charissimum Filium
unigenitum pro ipsis tradat ?

¶ 9. πολλῷ δὲ μᾶλλον.

Hic jam seqvitur illatio majoris, id est , magis credi-
bilis rei.

δικαιογένετος νῦν.

Adveram atq;e internam puritatem sive justitiam
perducti.

Ἐν τῷ ἀμαλήσιῳ.

Est μετάληψις. Nam sangvis sive mors cruenta Chri-
sti, causa fidei, fides justitiae. Is ordo manifestus supra
III. 25.

σωζομένη δι αὐτῆς διπλῆς σέργης.

Id est, eripiemur à communi exitio qvod impios
manet. Parlocutio, I. Thess. I. 10.

Iterum moremus , *Justificationem non in internā puritate , &*
justitiā, sed in remissione peccatorum & imputatione Justitiae Christi,
ane operib; nostris consistere, qvod cap. III. & IV. docuit Apostolus.
Justi si amavimus ēν τῷ ἀμαλήσιῳ in sangvine , id est , per & propter
sangvinem īών, qvia per eundem nobis est acquisita justificatio ; i-
deo opus non est μετάληψις, & intelligitur sangvis Christi perfec-
dēt.

dem apprehensu, vel mors ejus cruenta nostri loco exanlata, vel satisfactio Christi, quatenus fide eam nobis applicamus; Ita mors cruenta Christi ut Objectum fidei proponitur, fides autem causa est justificationis organica, ut vocant.

v. 10. εἰ δὲ ἐχθροὶ ὅντες.

Nam impii omnes DEO sunt inimici Jac. IV. 4.
Deum non amant, i. Joh. IV. 20.

κατηλλάγματα θεῷ οὐ γέγονται τοῦτο διότι.

Id est, Deus à nobis gravissimè latus, cum filium suum nostri causa morti dedit, ostendit se non eo usqve iratum, ut non sub bonis conditionibus in gratiam redire nobiscum vellet. Id hic est κατηλλάγματα, non plenè scilicet, sed κατάληξη ad illum effectum ut II. Cor. V. 19.

πόλων αὐτονομίας αγέντες.

Id est, postquam DEus nobiscum venit ad conditio-
nes, subintellige quas nos accepimus iisq; paruimus. Nam
sæpè sub verbis actus primi intelliguntur actus secundi.
Similia vide Joh. VI. 44. XVII. 6.

Omnino iratum DEum generi humano fuisse propter pec-
catum, omnesq; homines conclusos fuisse sub morte, & con-
demnatione vi legis, Apostolus satis docuit; Qvod vero reconcilia-
tiōnēs immensae DEI dilectioni acce-
ptum ferendum est, ia Evangelio patefacta: Neq; tantum κατ-
αλαγή illa secundūm quid facta est, sed plenē, in dō plenissimō, ut po-
te per mortem ipsiusmet Filii DEI unigeniti iuxta cum Patre,
veri & summi cum Patre DEi. Impium est duximus non plenam vel
semplenam esse reconciliationem Filii DEI, vel secundūm quid tan-
tum reconciliatos nos esse per mortem Filii Dei; Neq; ad illum effectum
tantum reconciliatus est DEus, ut sub bonis conditionibus in gratiam
nobiscum redire vellet: sed expiata est plenē iniurias Dan. IX. 24.
propitius nobis factum est exesse, ut ita loqueretur DEus i. Job. II. 2. redim-
ti sumus perfectissimè à Christo, ut ipse λόγος longè pretiosissimo

An reconcilia-
tio tantum
sub conditione
facta, nec ple-
nē, sed secun-
dum quid?

ANNOTATA ANTI-GROTTIANA

sanguine ipsius DEL. Matth. XX. 29. Marc. X. 45. 1. Tim. II. 6. 1. Pet. I. 18. Luc. I. 63. Rom. III. 24. quā dē re ex professo actum in Sociusimo profligato. Et quaeam hic bona illae conditiones? an ut iustificā nostrā, vel op̄ ihu bonis conseqvamus: demum plenam reconciliationem, & gratiam nobiscum redit D̄us, nosq; iustificet? At hoc ex īstis ut refellit Apostolus, & ex gratia, per redēctionem Christi, solā fide nos iustificari docuit. Si ex gratia non ex operibus, alioquin gratia non est gratia Rom. XI. 6. si per λύτρων & redēctionem Christi, non ergo nostrā iustinā, alioqui λύτρον & λύτρωσις Christi uicē id tribui non posset. Sic fide apprehendente solutionem Christi pro nobis p̄fūram, ergo non interventū proprie nostre satisfactionis, aut iustitiae. Non sub conditione nos redēcti, reconciliati, aut peccata nostra expiata sunt, sed simpliciter, perfēctissimè, plenissimè: quantum ad meritum & acquisitionem, eti quantum ad actualm fructum & applicationem si e opus sit: quæ verò nihil aliud est, quam appropriatio illius expiacionis & satisfactionis ad reconciliationis Christi. Quia si unū pro omnibus mortuum est, idem hoc est (in iudicio DEI) ac si omnes mortui essent. 2. Cor. V. 15.

σωτηρία θεοῦ της ζωῆς αἵτης.

Per vitam ipsius. Vita omnis vim agendi in se continent: & quid potius agat Christus, cui omnis potestas data est, quam ut malis eximat eos, pro qvibus in gratiam patris reponendis tam multa fecit ac passus est?

εμόνον.

Parūm est qvod dixi, fore ut malis nos eximat.

ελλαὶ καὶ πανχώμενοι ἐπειδὴ οὐ γίγνεται οὐτε κείται.

Supplicium. Qvomodo accepit Syrus, id est, DEI pollicitis per Christum factis innitimus, atq; confidimus nos insuper bona & æterna, & maxima consecuturos. Vide qvæ supra 4. & Hebr. III. 6.

Alii tectius explicant de comparatione gloriae futurae, & gratiae presenti, qvod non solū de illâ gloriuntur iustificati, sed etiam

etiam de statu, in quo nunc sunt. Nam antea jam instituta ab Apostolo erat comparatio liberationis ab ira, & exitio per mortem Christi facta, & glorie celestis beatitudinis quae in DEO ejusque fruitione consistit. Jam ergo renatis vindicat non gloriationem tantum de spe gloria, de qua v. 2. & 3. vel de statu futuro: sed etiam gloriationem de presenti beatitudine, quoad spiritu lem cum DEO communionem, DEi fruitionem & aeternam vitam. Nimirum ita collegerat Apostolus: si reconciliati sumus DEO, cum inimici essemus, per mortem Filii ejus, quantum magis reconciliati & ab ira liberati, se uabimus per vitam ejus, ad fruitionem gloria DEI, quotquot sc. reconciliationem illam per fidem nostram facimus: si quidem regenerati sumus in spem vitam per resurrectionem ejus ex mortuis. I. P. tr. I. 3. Confer. Eph. II. 5. Theophylactus haec ita explicat: Videtur de rebus iisdem Labere sermonem, tametsi diversa sint sensa, que comparationibus exprimuntur, superius namque illud, esse nos scilicet peccatis obstrictos, propositum, deinceps justificari subjiciens per comparationem intulit, cum peccatores essemus, justificavit per mortem, & longe magis justificatos salvabit. Nunc verò Christi vitam & mortem repetens, rursum comparando explicat sensum hoc pacto, inquit viens: Tunc quidem conciliati per Christi sanguinem & mortem fui- mus, nunc verò ejus in vita haud salvi efficiemur? Qui etiam nec proprio Filio pepercit, qui illum morte conciliandi nos gratia obtulit, nonne vel impräsentiarum maximè illius in vita salvos nos readet? Jam ergo aliquid amplius fidelibus trahit ut: Apostolus, quod scilicet nos modò gloriari habeant in Chro- sti futura beatitudine, sed quod etiam ea ipso gloriantur, de presenti salute, quod DEum fecerint propitium, & amorem DEI experientur, atque in eo virtutes venturi seculi degustent Ebr. VI. 5. De presenti enim statu quæ particula tamen indicat: non solum in spe, fidelium DEI gloriantur fideles, sed etiam in DEO ipso & actuali ejus

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

ejus *Kοσμίq* gloriari possunt , in quam per *καταλλαγὴν* Filii
ejus devenerunt : quæ summa est felicitas summa gloria, 1. Job. I. 3. 4.

διὸ τὸν τὴν καταλλαγὴν ἐλαβόμενον.

Nōv, id est , jam nunc accepimus reconciliationem .
Dictum *υετρούμην*, id est , accepimus effectum istius re-
conciliationis Spiritum Sanctum , quem Deus non de-
disset nobis , nisi planè in gratiam suam repositis. Hic ap-
petitius exprimitur actus ille secundus , de quo diximus
supra 10. Pax subditorum cum rege tunc perfecta est , cum
subditi eis conditionibus paruere quas res præscriperat.

Nallà opus hic metonymia . Non d. *Spiritu S.* sed de recon-
ciliatione , quâ nem , è ejus acti participes reddimur in *justificatione*
sermo est , quam quia per Christum accipimus , cum per fidem ap-
prehendimus meritum ejus , servatum nos in i. in ipso ab exitio , &
celestem accepturos salutem , si in fide stemus , ac perseveremus ,
certi esse possumus.

ARTICULUS IV. Illustratio & Confirma- tio justitiae fidei è collatione ortus injustitiae & justitiae.

PARS SECUNDA *Διδαχῆς*.

Probans justificationem per fidem à primi &
secundi Adami comparatione.

*. 12. *Διὰ τὸν.*

Hec cum ita se habeant , ut diximus. Est enim *Ἰδί*
Διὰ τὸν , non redditis causam ante dictorum , sed ex an-
te dictis tanquam certis mysterium vetus interpretantis ;

Id

Id autem hic est : qvæ per Adamum gesta sunt , eorum contraria debuisse geri per Christum. Idem explicat 1. Cor. XV. 22.

Quanq; sic reddas : hæc cum ita se habeant ut diximus : nimis quod talis sit iustificationis per fidem fructus ; nihilominus ea ad qvam accedit collatio primi & secundi Adami ad ulteriore confirmationem iustificationis per fidem facere potest : qvia ut à primo Adamo orta est perpetua inquietudo conscientia , ita per secundum redditæ est pax & tranquillitas , qvæ fui non licitum , nisi quatenus per fidem imputatione divinæ ex gratiâ iustitiae ejus particeps reddimur , qvemadmodum participes facti sumus inobedientia & peccati primi hominis , imputatione culpa ejusdem , vi divinæ iustitiae .

ἀπειρος διενός δινθράπα ή αμαρτία εἰς τὸν κόσμον ἐσῆλθε.

Kosmou hic intellige genus humanum cui peccandi exemplum primus dedit Adamus. Cur non Evam dicit ? qvia Hebræi non solent γένεα λογεῖν per feminas.

Non tantum per imitationem , qvæ Pelagii erat hæresis , peccatum Adami attigit posteros , sed etiam per carnalem propagacionem , unde Originale peccatum dictum : ut & per transgressionis Adamæ imputationem . Nimis venit in mundum , & super totum genus humanum peccatum unius hominis , tūm qvia in uno homine peccavimus omnes , ut paulò post Apostolus docebit , tūm qvia contracta per apostasiam Adami conditione habituali , qvum à primæ reætitudine defecit , non potuit primæ illa reætitudo & integritas in posteros propagari , sed propagata fuit corruptio , & obliquitas , in qvam degeneravit concreata reætitudo : genuitq; liberos non ad DEI imaginem & similitudinem , qvam deperdidit , sed ad imaginem & similitudinem suam , qvam per peccatum contraxit Gen. V. 3.

καὶ ἀγέτης αἱματίας ὁ Γένεσις.

Id est , virium imminutio , causa lassitudinis , dolorum , morborum & ex his secuturæ mortis , ut ad Genesin

C

dixi.

ANNOTATA ANTI GROTIANA

diximus. Atqui immortalitas Adamo, etiam si Deo paruisset, dicat aliquis, promissa non erat, & natura erat χοινὸς, factus est. Ψυχὴν ζῶσσαν non est πίεσσα ζῶσσην, i. Cor. XV. 45. Fateor, at, si præceptio divino paruisset, mansissetne in Paradiso semper, an majus aliquid deinde de eo constitutum fuisset, & nobis incertum est, & ipsi incertum fuit. Hebrei quidam existimant futurum fuisse, ut post vitam felicem longissimam DEUS ei sine ulla molestia ac dolore animum ē corpore liberarer, qvod ipsi non ἔται, id est, mori, sed γένεσις aut osculum pacis vocant. Alii putant eventurum ei fuisse id qvod Enoch & Eliae evēnit: Sed de hac re alii judicent: dum illud teneamus, qvod ait sapiens Hebreus, diaboli invidia mortem in mundum intrasse, l. 24. Et qvod Sirachides, per mulierem initium factum peccandi, & inde esse qvod morimur XXV. 33.

Per Θάραγγα non virium imminutio, causa mortis, sed mors ē ipsa vel mortalitas intelligitur: Cur enim à proprietate vocis descendamus? Admiserat autem præterea falsa plurima Grotius. (1.) immortalitatem Adamo etiam si DEO paruisset, promissa non fuisset. Nam uti mortem DEUS miseres erat Adamo, eamq; aeternam, si non paruerit Gen. II. 17. ita vi contrariorum, si perficiasset in integritate & obediencia, vitam aeternam & immortalitatem cælestem ac beatam consequens fuisset. (2.) Naturā mortalem fuisse, qvia χοινὸς erat, factus eis Ψυχὴν ζῶσσην i. Cor. XV. 45. sed aliud est χοινὸς terrenum fuisse, aliud mortalem: qvia terrenus fuit ratione originis, de terra, & statim in terra, non aeternam ratione mortalitatis qvia ēπ' ὁραζοια conditus fuit Sap. II. 13. Aliud item est factum fuisse eis Ψυχὴν ζῶσσην in animam viventem, & vitam animaliem terrenis necessitatibus subditam, aliud ad vitam corruptibilem, & terrenis calamitatibus miseris ac morti obnoxiam: qvæ demum lapsum sequuta sunt nec ante lapsum locum habuerunt; qvo de vid.

qva

Gen. II. 17.

i. Cor. XV. 45.

AD EPIST. AD ROM. CAP. V.

qva Tom. IV. Syst. Theol. qvæst. ultim. sub finem diximus. Oppositiō rame illa Adami secundi , qui factus est eis πτεῦμα ψωζοῖν in Spiritum vivificantem rectē se habet, qvia recipit unionem & communionem hypotheticam , vi cuius secundus homo Christus secundum carnem vel naturam humanam Spiritus vivificantis particeps est , & vim vivificandi habet: qvæ nos ad vitam æternam vivificare valer: ut qui ab Adamo vitam animaliem tantum habemus , à Christo vitam æternam consequamur ; qui à terreno terreni procreamur , à Dominō de cœlo cœlesti cœlestes efficiamur , adeò ut etiam corpora nostra , qvæ ab illo Φυγιὰ animalia accipimus , ab hoc πνευματικὰ spiritua- tia consequamur . Et qvam virium immunitio nulla extrā peccata- tam locum habuerit , non fuisse hominem naturā suā morta- lem fatendum erit. (3.) Incertum nobis esse , an si præcepto divino pa- ruissest Adam , manissetne in Paradiſo semper an maius aliquid deinde de eo constitutum fuissest? Qvī verò hoc incertum , siquidem primò conditus fuerit homo non ad hanc terram , sed ad alteram cale- kem vitam? Et qvum Diaboli invidiā morsia mundum intraret , anteā verò non ficerit in naturā Φάρων δλεῖσθε νεκροῦ perdi- tio vel exitii in mundo , Sap. I. 24. neq; mors qvæ animæ & corpo- ris solatio est locum habuisset , neq; in Paradiſo manere homi- nes potuissent , utpote qui capax minimè esse poterat universa multitudinis generis humani , si nemo eorum translatus in cœlum fuisset : nade omnia consentaneum est , id qvod Enoch & Elie e- venit , aliis etiam post transactam vitam eventurum fuisse. (4.) Incertum id Adamo fuisse : Qvod verò minimè incertum ei fuit , siquidem Adam conditus ad imaginem & similitudinem DEI c̄ θεού καὶ στού, in cognitione & sapientiā rerum divinarum , igaora- reid minimè poterat ; & in justitiae & sanctitate verâ , èx d. Θεο- p̄ia creatus , immortalitatem sibi datam , non ut aeternum in Para- diſo viveret , sed ut præstita DEO obedientiâ tandem ad cœlestem & beatam immortalitatem eveneretur , facile sentiebat ; imò ex comminatione mortis ob inobedientiam , concludere in promptū erat , obedienti vitam eternam concessum iri . De quo non facile penes ul- lum dubium est , præter hanc Scepti cum nostrum .] Conf. qvæ & Comment. in Genesim , ad c. II. & III. & Tom. IV. Syst. Theol. dicta .

ANNOTATATA ANTI-GROTIANA

Καὶ ἔτοις εἰς πάντας αὐτὸν πάπερος ὁ Γέριατρος διηλέγει.

Pervenit ad omnes Adami posteros , ipsa lege originis per quam non poterant non omnibus quae diximus malis obnoxia esse corpora , ex tali corpore substantiam suam & qualitates ducentia. Sublato enim beneficio illo per arborem vitae , manebat corpus humanum quale cæterorum animantium , caducum ac fragile velut testa ex humo facta. Hoc sensu ajunt Hebrei mortem ex peccato Adami venisse ad posteros ejus , ut Paraphrastes Chaldaeus Ruth. IV. & Ecclesiastæ VII. Scriptor vite Mosis plus semel , Jarchi , Hana Barhaina in Bereith Rabba. Cyrillus adversus Anthropomorphitas cap. VIII. οἱ γενούσεις εἰς αὐτὸν διηρέει Φιλέτη Φιλέτη γεγραμψ. vide & quæ ibi sequuntur.

*Dæ corpore
homini ante:
lapsus.*

Assumit Grotius , corpus humanum extra eum: arboris vita natura sua caducum ac fragile suisse velut testam ex humo factam. Sed id locis itatis ex professo profligavimus in Pelagianis , Socinianis , Papistis , & Cilixtinis . Nolumus autem agere. Non autem post lapsum ipsa originis legem mortales ex mortalibus procreati sunt , sed iustitia divinae , neque citra culpam peccati , sed propter peccatum ; plus enim est pena peccati , & alienum est iustitia DEI , eum morte afficere eos , qui peccari prorsus expertes sunt. Ideo addit Apostolus disertè , quod omnes homines peccarint : atque hanc causam esse , quod diabolus pertransit in omnes homines mors , dicit.

Ἴωπός πάντες ἡμαρτον.

Freqvens est μετωρυμία Hebreis dicere peccatum propœna , & peccare propœnam subire : unde & procedente longius figura per μετάληψιν τὸν sive peccare dicuntur qui malum aliquod etiam sine culpa ferunt , ut Gen. XXXI. 37. & Job. VI. 24. ubi τὸν vertitur per

διατέξει.

δυσπειγεῖν. ἐφ' ὃ hic est per quem, quomodo δῆτι cum dative sumitur, Luc. V. 5. Act. III. 16. I. Cor. VIII. II. Heb. IX. 17. Chrysostomus hoc loco: ἔκεινος παρόντες καὶ οἱ μὴ Φαγόντες λέπεται τοις πάντας Σιντοί. Post hanc verba sequitur longa hic παραθήκη ad comma usq; 8. ubi redditur ad cæptum sermonem. Id genus dicendi Graci υπερβαλλον vocant, soletq; id multum emolliri, si voces exdem aut sensus ante positus repetatur addito inquam vel ergo, ut infra ἔργον, idest ut dicere cæperam.

Metonymia illa hic male invehitur: quum à proprietate litteræ discedendum non sit, & Apostolus accuratè ac distinctè loquitur de culpa & pœna, de peccato & morte; non vero hæc committet: longè pejus autem metalepsis additur, & malum aliquod sine culpa divinitus infligi singitur: quia nec ullum metalepseos istius exemplum datur (in illis autem Gen. XXXI. 37. Job. VI. 24. talem usq; ἀνθυπαν occurtere inspectio locorum datur) & à justitiâ diuinâ alienissimum est malum infligere sine culpa, & merito: pessimè autem Apostolicus locus depravatur, cum in eo Apostolo proposatum sit exponere, quomodo mors à peccato Adami originem traxerit, non quod tantum morti obnoxius ipse factus sit propter peccatum; sed quod omnes homines morti propter peccatum subiiciantur: ἐφ' ὡς πάντες ἰμαցεῖν, quod aliqui reddunt casualiter, et quod omnes peccarent, quopacto peccatum omnium causa mortis constituitur, quoad omnes, non vero tantum peccatum Adami: Grotius id exponit, PER QVEM, quod nempè per Adamum omnes ἰμαρτῶν: quod sonat & reddendum est, PECCARUNT, (nam quod omnes malis & morti obnoxii sint & quidem per Adamum, verbis antecedentibus jam dixerat Apostolus) & sic in omnes homines mors pertransit, ubi neq; vicinam relictâ vocis proprietatem Grotius per mortem dolores & morbos & mala varia intelligit, et si ea non excludi facile annuamus. Nonnulli ἐφ' ὡs reddunt IN QVO, Adamo sc. quod in ipso peccarent omnes; quia ut in ipso omnes ad imaginem DEI conditi eramus, ita ipso peccante, in ipso peccavi-

ANNOTATA ANTIGROTIANA

manus, tanquam in communione spiritu omnes, quam omnes in lumen
 ejus fuerimus, ut plerique veterum exposuerent: quo de vid. Theol.
 Apost. Rom. ad h. 1. Probat hanc explicationem B. Hausemann. in an-
 not. de reddibili Relativum. q. hoc loco esse masculini generis
 et notare Adam personam in qua omnes posteri peccaverunt,
 non neutrius neque notare meritum mortis seu condemnationis
 svalent 1. oppositio inter individuum Adam et Christi, hoc
 versu, et 14. 15. 16. seqq. ubi semper unus unius opponitur. 2. quia
 talis species peccati intelligitur qua citra revelatam legem Mo-
 sis, non estimata fuit pro peccato, que species utique non de ac-
 tualibus peccatis, sed de solo originali necessario intelligenda
 est, vi dictorum c. I. 32. c. II. 14. 15. c. VII. 7. et 9. 3. quia hec
 species peccati expressè distinguitur à transgressione actuali
 v. 14. in quantum videlicet deliberatione et destinata voluntate
 singulorum individuorum committitur. Quamobrem non
 solum Belge hic discesserunt à versione Lutheri, et illud est quod
 vereunt, in welchen Sie alle gesündiget haben / sed ra-
 tionem etiam reddunt: quia apostolus in simili materia, quan-
 do de causis originalibus mortis et vite humanae disputat 1.
 Cor. XV. 22. particulam ex sumat pro causalitate ut hoc cap. V.
 16. 17. 18. 19. De domini causaliter usurpato vide Marc. II. 4. Phil. I.
 3. Ebr. IX. 17. 2. Cor. I. 4. c. VII. 4. 1. Cor. I. 2. Matth. XV. 33.
 Marc. II. 9. 4. et ex quod Rom. II. 9. 3. Et fatetur Socinus ipse I. 4.
 de Servat. c. 6. p. apud Sibrandum 480. illud domini v. 14. domini res
 quod auapticoures, domini non quoque ipsius primum quidem subjective,
 alterum vero causaliter esse exponendum. Lutherus quidem
 noster causaliter non subjective vertit, Dietweil Sie alle ge-
 sundiget haben / sed supposuit non solum labem contractam
 ex Adamo verum etiam participationem de actuali trans-
 gressione Adami, ut patet ex glossa ejus ad v. 18. et 19.

B. Er.



AD EPIST. AD ROM. CAP. V.

B. Er. Schmidius : ἐφ' ὃ πάντες ἥμαρτον] In quo omnes (homines) peccantur. Nempe in uno illo homine Adamo. Nam οὐτι, pro τῷ, sepe usurpat. Hesiod: ἔγε : Μέτεορ δὲ οὐτὶ πᾶσιν ἀπέτον. Modus in omnibus rebus optimus est. Pindar: Ολυμπ. α. Επ' ἀλλοιον ἀλλα τε γάλοι. Alii in aliis excellunt. Sic Matth. 18. 5. Rom. 4.18. 5. 2. Phil. 1. 3. &c. Atq; ab hoc reatu nemo hominum se eximere potest, ut qui hoc ausit, blasphemus fiat. 1. Joh. 1. 10. Hyperbaton hic admittendum esse non probavit Grotius. Alii αναντα πόδον, recte ut flattunt: quia απόδοσιν omissem ad απέλεγον virtus εἰ. in aperto est, etsi ea ē v. 18. colligi possit.

¶. 13. ἀκερδούσας αἴματα τὸν τῷ πόσμῳ.

Subauditur hic μὲν. Causam reddit, cur dixerit omnes homines idēo mortuos quod ex Adamo ortum traherent, quia lex nulla illis data erat quae transgredientibus mortis pœnam minaretur. Non negat fuisse peccatum ut Caini, hominum qui fuere diluvii tempore, Sodomæ civium, fratrum Josephi, Pharaonis qui Mosi coevus fuit & aliorum. ἀκερός, id est, ante legem Mosis quæ gravibus facinoribus pœnam ascribit, mortem.

ἀμελία ἢ σκέπτομεν τὴν ἀπόστολον.

In Manuscripto γνέλογετο: nec aliter legit & Syrus & Theophylactus. verbum ἐλογέτο: etiam in illa ad Philemonem Paulus usurpat. Recta locutio fuerat ἐνελογέτο: Sed omisi augmenti habemus & alia exempla. Sensus est. Non in id imputabatur ut causa possit dici mortis, nempe in singulis hominibus. Non enim singulos tunc homines Deus puniit, sed genera tota hominum & in illis etiam pueros nullius commissi res. At lex de singulis.

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

Iis dicit morte moriatur. Nempe Deo ipso mortem inflistro, si cessarent aut rem ignorantem judices.

¶.14. ἀλλὰ ἐβασιλεύετο Ἰάννης διπλῶς Αἰδάμι μίχει Μάσσως.

Attamen, inquit, vim suam exercuit mors in homines singulos ab Adami aetate ad Mosis aetatem, id est, per annos fermè bis mille quingentos, non breve spatium. βασιλέυει τοῦτο εἶναι vim suam exercere ut infra 21.VI.21. Sic ἀλλὰ βασιλεὺς dixit sapiens Hebreus 1.14. διπλῶς μίχει πονι solent ad temporis notationem ut Act. X.30.

*Planè invenitur mens Apostoli. Qui peccatum usq; ad legem
Mosis in mundum suum exercuisse ad mortem docet. Quād ergo
peccatum non existente lege imputari non posset ad pœnam vel
mortem; necessaria est legem extitisse, etiam ante Mosen, siquidem
dominata sit mors ab Adamo usq; ad Mosen. Etsi ergo non
habuerint legem extrinsecus proscriptam, tamen non sine lege
fuere, utpote quæ cordibus eorum in primâ creatione inscripta
fuit: adeoq; vi ejus non licebat impunè ipsis peccare, sed peccatum
imputatum ipsi, fuit ad condemnationem. Si enī mors locum
habuit ante legem, utiq; etiam peccatum; quod est causa mortis,
habuit locum, & vice versa, quia peccatum in mundo fuit, quod
non est, neq; imputatur, nullâ planè lege existente, oportet etiam
legem aliquam tunc extitisse, etiamsi à Mose lex nondum pro-
mulgata fuerit. Dixerat Apostolus, in omnes peccatum, & per pec-
catum mortem transisse: id ne dubium sit de hominibus ante legem,
addit, ante legem solenniter promulgatam etiam peccatum in
mundo fuisse, quod quia imputatum est dominante morte per
peccatum, ab Adamo usq; ad Mosen, etiam in eos, qui non pecca-
runt ad similitudinem transgressionis Adamicæ, quid cē tuis est, quād
legem ante Mosen fuisse, quia peccatum est transgressio legis 1. Joh. III.4.
& ubi non est lex, ibi non est prævaricatio, ubi prævaricatio legis non
est, ibi nec imputari potest ad pœnam. ἀλλὰ ἐβασιλεύετο sed do-
minata*

AD EPIST. AD ROM. CAP. V.

minata est mors, et veluti assumptio, ut ita tota conclusio habeat: Iibi peccatum non imputatur, ibi dominari non potest mors propter peccatum: Atqui mors dominata est propter peccatum ab Adamo usq; ad Mosen. Et ante Mosen inde etiam ab Adamo peccatum imputatum est. Porro, ubi peccatum imputatur, ibi legem esse portare. Nam lege non existente non fit imputatio. Eius ergo video ut Paulus affirmare, non fuisse legem ante Mosen: non tamen id affirmat Paulus, sed hypotheticè potius loquitur; non imputatum esset peccatum, si nulla lex fuisset. At Grotius in alia omnia it, mortem co tra lucule rissimam Pauli sententiam, totamq; ejus tractationem & ipsam rei evidentiam, negat esse ob peccatum, singiq; Paulum docere: ideo mortuos esse omnes homines, non quod peccati reatus vel peccatum omnes attineat sed quod ex Adamo ortum trahant, utr Schmalzigi in refut. disp. II. Franz. de pecc. orig. p. 45. homines propter ipsum propagationem, quam ex Adamo habent, mortetiam aeternam obnoxios esse, et si non peccarint asserit: quod oppidum falsum, & divina justitia contrarium; cum non ob propagationem solium naturae, quatali, sed ob propagationem naturae corrupte, & ob communionem peccati Adami posteri poena obnoxia sit. Quid de subrenire non erentibus potest, & soler DEus cum laude clementie: punire autem non peccantes non potest SINE EVERSIONE JUSTITIA. ait August. I. II. op. imperfecti. Falsum adhac est aper è, nullam datum legem esse hominibus, quæ transgredientibus mortis poenam minaretur. Nam & Adamo, atque in ejus personâ omnibus hominibus lex prescripta est sub comminatione mortis Gen. II. 17. & inscripta omnibus hominibus est natura, vi cuius di uocatioa DEI ipsis natura notum est, quod peccatores digni sunt morte Rom. I. 32. Falsum insuper est, & Apostolo contrarium, non in id imputatum peccatum fuisse: ante Mosen, ut causa posse dicere mortis, quoad singulos homines, quia in omnes homines propter peccatum mortem pertransiisse, & dominatam esse super omnes leuigandi Phari docet Apostolus. Falsum deniq; genera tantum hominum DEum ante legem Mosaiicam puniisse, siquidem etiam singulos homines punitos esse, exemplo Caini, Pharaonis, Gerg, Onan, & aliorum constat: & in iustitia fuisset.

D

ser.

ANNOTATA ANTI-GROTIANA.

ter, si si agoli homines culpa ac peccatis gravissimis obnoxii puni-
siti non fuissent, quia culpa, vi justitiae divinae, postulat pœ-
nem.

καὶ οἱ τὰς μὲν ἀμεριστὰς ὅπερ τῷ ὀμοίωμα πῆς φέγγος
βάσις Αδὰμ.

Etiam in eos valuit qui nihil simile Adamo commi-
ferant, quales Abel, Noë, Abrahamus, Isaacus, Jacobus,
Josephus. Quia autem etiam ambiguum est & aliquo sen-
su omnibus hominibus, qui aliquando uitatem egere, tri-
bui potest: ideo distinctè explicat, de quo peccandi gene-
re hic agat, nempe de tali quod parsenseri posit ei quod
Adamus commiserat. Solent graves transgressiones
comparari transgressioni Adami, Oseeæ VI. 7.

Immo non tantum in eos dominata est mors, sed etiam in in-
fantes ipsos, qui etiam nullius peccati actualis proæreticirei suæ, ta-
men mortis obnoxii facti sunt propter peccatum, & mors in eos do-
minata est per peccatum, quia aculeus mortuæ est peccatum. i. Cor. XV. 47.
Designatur ergo per transgressionem similem Adamicæ, non tan-
tum per peccatum grave, sed quodcumque peccatum proæticum, siquidem
in illos etiam dominatur mors, qui peccatum proæticum non
admisere, utpote in embryones, qui in utero extinguntur, &
in infantes recens natos, unde peccatum originis ex hoc loco con-
tra Pelagianos afferuit S. Augustinus, cum aliis antiquis Patribus,
quem in gratiam novorum Pelagianorum, Socinianorum hic per-
vertisse videtur Grotius..

οἱ Πελαγιανοὶ καὶ μηδὲν οὐ.

Mors quidem illa, ut jam diximus, secuta est ex na-
turæ lege, sed quam Deus facile impedire potuisset, nisi
voluisset Adamum figuram esse Christi, diversa tamen-
gignendi ratione & effectibus contrariis, omissa hic di-
citur

citur respectu habito ad tempus Adami & deinceps ad legem usq; is qvi Adiu^gans i. Cor. XV. 46. sic & Col. II. 17. vox ~~ad~~^{ad} tu^r respicit priora tempora. ^{tunc} est figura ad quam aliud quid plenius efficitur. Exod. XXV. 40. Sic i. Cor. X. 6. ii. dicitur ~~aliu~~^r Heb. IX. 24.

Pelagianum est mortem sequitam esse ex natura lege, qvod profligavit S. Augustinus i. XX. de Civ. DEI c. 15. docens, id constare inter CHRISTIANOS veraciter CATHOLICAM
euentes FIDEM, etiam si sam nobis corporis mortem non LEGE NATURÆ, qvæ nullam mortem homini Deus fecit, sed morte*s* inflictam esse peccati: qnoniam peccatum vindicans Deus dixit homini in quo tunc omnes eramus, terra es. *S* interramibis. In concilio Milviano anathema dictum est huius Grotii sententia: qvod in Jur. Canonico repetitur dist. IV. de consecr. c. 142. Quicunq; docet Adam primum hominem mortalem factum, ita ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, b.e. de corpore exiret non PECCATI MERITO, sed NECESSITATE NATURE, anathema sit. Qvamvis verò Deus etiam peccatum, cuius merito inflicta est mors, adeoq; ipsam mortem facile impenetrare potuisset, non tamen id de non impediebat, qvod voluerit Adamū Christi figuram esse, sed qvia hominem liberi arbitrii esse voluit, cui vires sufficientes indidit, ut à seductione sibi cavere potuisset, condito eodem ad imaginem & similitudinem suam in sapientia & sanctitate vera, unde vi retrahere à peccato noluit: Non ut figura Christi esset, vel peccatum permisit, vel mortem immisit, sed qvia Adam peccatus, & mortem meriturus erat, Christum promisit alterum Adamum, ut quemadmodum ab illo primo peccatum & mors in homine universos transit, ita ab hoc secundo Adamo justitia & vita in nos perveniret. Qvo pacto Apostolus Adamum ^{tunc} dicit Christi, non ut alia figura in U. T. dicuntur typi, sed qvod hic similitudo quedam & comparatio; eademque Christi ^{Quemodo ad}dam typus ^{Adam figura} Christi ^(Christifissi) dissimilis

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

dis simili um magis , qvam simili um deprehendatur . Nam ut Christo mediatore opus non fuisset in statu integratis , ita nec typus Christi ibi locus erat ; in lapsi verò & consequentibus ejusdem tantò minus typus Christi constitui potest , propriè ita dictus , qvantò magis disparata illa sunt , Adami culpa & mortis poena , & Christi justitia ac vita donum Rom. VI. ult. Non ergò hic talis figura est , ad qvam aliud qvid pleniū efficitur , sed in qvā aliud qvid planè contrarium deprehenditur , uti Grotius diversam gignendi rationem & effectus contrarios ipse agnoscit.

¶. 15. αλλ' εχεις τηδεινων οντων και της χριστουα.

Hoc vult dicere : in neutro qvidem qvicqvam ini-
qui : sed tamen DEO convenientius esse , unum facere
vitæ auctorem , qvam unum mortis . χριστουα , dicitur
qvod mox δένεια beneficium qvod vis , ut infra . XI. 28. II.
Cor. I. II. τηδεινων οντων & similibus qvæ violationem legis di-
vinæ gravem significant . Hic verò ea vox intelligitur si-
mulcum suo effectu qui jam explicabitur . DEus magis
amat prodeesse qvam nocere . Et vita DEo gratior qvam
mors .

Qualis comparatio Adami & Christi?

Non id vult Apostolus . qvid DEO convenientius sit ; neq; verò DEus autorem mortis fecit , vel fecit ut Adam autor esset mortis , qvia nullatenus DEus fecit mortem , & Adamum immortalem condidit , atq; ad beatam vitam , non ut mortis autor esset . Sed hoc est , qvod in illâ comparatione dissimilium vel disquiparantia , uti loquuntur Scholasti ci , vult Apostolus : qvod amplius sit donum vel be-
neficium in Christo , qvam malum vel peccatum & delictum in Adamo ratione majoris virtutis & effectus : qvia in UNO Adami peccato qvidem mortui sunt omnes , seu morti facti sunt obnoxii ; et gratia & beneficium in Christo exhibitum non liberat nos solum ab uno illo peccato , sed ab OMNIBUS peccatis . Similitudo ergo

ergo hic quædam datur & *dissimilitudo*. *Similitudo in eo*, quod nosterq; quod suum est in suis propaget, *dissimilitudo* in eo, rūm quod Adam in suis peccatum & exitium carnali generatione propaget; Christus suis iustitiam & vitam per regenerationem communiaicit; quam in *χριστῳ* complectitur, quo notatur, quod ex DEI gratiā in Christo exhibitā descendat, quod Deus homini propter Christum gratificatur: quod & *δέοντα* v. 16. dicitur, rūm quod vis illa iustitiae, & salutis, efficacior sit, quæ à Christo est, quam vis peccati & mortis ab Adam oriunda, partim ratione peccati, quod ab Adam unus peccati reatus sit, à Christo liberatio à plurimis vel omnibus peccatis v. 16. partim ratione mortis, quod nempē Adam mortem & condemnationem invenerit, Christus vero non solum à morte & coademptione nos immunes præster, sed etiam salutem & vitam eam nobis conferat, quam Adam non habuit. Quo de Chrysostom: in comment. ad h.l. quod mortem unum quidem peccatum introducere potuerit, gratia vero non unitum illud solum abstulerit peccatum, sed & ea, que post illud ingressa sunt. Deinde, quod non solum peccata sint sublata, sed & iustitia præstata, & quod non solum tantum nobis Christus profuerit, quantum nocuerit Adam, sed & multoplus & longè magis.

Ιηδ τὰ τὰ ἑώς τῷ θεῷ πάματοι πόλοι απίγανον.

Oī πόλοι, Id est, ferè omnes excepto Enoch, & si qui forrè fuere alii de quibus id scriptum non est. Idem est hic τῷ ἑώς τῷ θεῷ πάματοι, quod modò διαμετίας.

Πόλοι hic dicuntur respectu unius, quia non unus tantum, sed longè plurimi mortui unius peccato sunt, id est, morti obnoxii, vel mortui rei facti sunt, plures autem illos esse omnes homines jam docuerat Apostolus v. 12. quod nec pè mors in omnes pertransierit. Unde planum est solum *οὐνέκτως* & respectu τῶν ἑώς

Quomodo hic πόλοι dicantur?
πόλοι dicantur?

D. 3.

dici.

ANNOTATA ANTI GROTIANA

dicitur τὸς πελαγίος quum revera sint omnes, è quibus nec Enoch, nec Elias, nedium alii, quos temporis inspicatur. Grotius excipiendi: quia etiam si illi propriè mortui non sint, mortales tamen & mortis rei fuere; & aliquid morti ἀνθρώποι in suā μετάθεσι sensere, exinde nempe corpus mortale, ut immortale induerent, vel dum immortalitas absorpsit mortalitatem. Qvòd facit Regula de verbis quæ sapè non actum sed debitum significant Ps. XXVII. 9. Ebr. V. 4. conf. Gen. II. 17. Ideò è voce οἱ πολλοὶ Pelagiani, ac Sociniani colligere nequeunt, non p̄ op̄agatione sed imitatione exemplo Adami peccatum posteris nocere aut qvod non omnibus noceat, sed multis tantum; quia multi hi sunt omnes: Multū constituti sunt peccatoris, id est omnes, qui revera sunt multi. vid. August. I. VI. contra Jul. c. 12. Et facetur Posen ipse h. I. nomina multi non sumi in oppositione ad omnes, sed indefinite pro magnâ & infinitâ multitudine, ut si quis dicat, in mari esse multos pisces, sic v. 18. 19. Daa. XII. 5.

πολλῷ μᾶλλον.

Multè facilius. Nam illud quam hoc difficilius creditu, & tamen verum esse apparuit.

Quid illud πολλῷ μᾶλλον?
 Qui vero illud difficilius creditu unius delicto multos mortuos, quod justitia est! Siqvidem in Adamo communī stirpe omnibus hominibus & imaginem suam, ad quam immortalitas pertinebat, concredidit Deus, cāq; ab Adamo amissā, imago DEI d perditā, & immortalitas an illi fuerit quam pro se & posteris suis accepérat. Hoc certè, qvod in Filio DEI, DEO illo in carne manifestato, nobis justitia & salutem obtingat, per obedientiam ejus usq; ad mortem ἁμαρτωλούς κακούς μέρα μετέπειτα est 1 Tim. III. 15. creditur, tantè difficilius, quamq; maius est, per uniuersitatem vitam, per uniuersitatem justitiam multū justitiam restitui in peccatis mortuis, & ad eternam mortem, vi justitie, & veritatis divinae condemnatis. Quid ergo illud πολλῷ μᾶλλον, multè MAGIS? Rei amplitudinem & efficaciam maiorem, ut diximus, respicit Apostolus, non quid creditu facilem aut difficilium sit. Et si ea lām qvis subiunni velit, mul-

AD EPIST. AD ROM. CAP. V.

multò MAGIS ἡ χάρις τῷ Θεῷ gratia DEI valer, qvia καταγνωσθεῖται εἰς τὸν οὐρανόν Iac. II. 13. Multò MAGIS valet, vel prevalet δωρεὰ της χάριτος donum in gratiā, qvia in illa gratiā id datur, qvæ est in uno illo homine Iesu Christo ποντικόποιο singulari, qui non φίλος Θεων, sed θεάθρον est, verus, magnus, & super omnia in secula benedictus Deus. ideoq; fundatū est illud, qvod nobis in eo exhibetur iustificationis & salutis donum in ipsa DEI p o nobis præstita iustitiā & expiatione, qvā remissionem peccatorum & iustitiam perfectam coram DEI tribunali valente in consequimur. Addo & qvod multò illustrius apparuerit DEI gratia, qvā in peccatiū, in vita nempe, morte & resurrectione Christi, & beneficiis, qvæ in Christo obtinunt. Tit. II. 14. c. III. 6.

ἡ χάρις τῷ Θεῷ καὶ η δωρεά.

Hic χάριτος dixit qvod ante χάριου, causam pro effec-
tū. Justitia divina qvæ Christianis obtigit & magnum
est beneficium & nullis nobis meritis provocatum: ideo
donum dicitur.

τὴς χάριτος αὐτοῦ πατέρος Χριστοῦ

χάριτος hoc loco significat benevolentium Christi in-
genus humanum.

Non opus est illa metonymia: Propriè & accuratè loquitur
Apostolus: χάριον & χάριου non confundens, qvæ ut causa &
effectum distinguntur: Nam χάρις est τῷ Θεῷ qvæ επέριστεν, in
nos omnes, & ex illa χάριτος fluxit η δωρεά & της χάριου, unde di-
citur η δωρεά της χάριτος donum iustitiae & vite, non quidem è gratia
quadam DEI absoluta, sed τῇ τῇ εώς τοῦ θεάτρου ινοῦ χριστοῦ, et, qvæ
est in uno illo homine, vel ob unum illum hominem nobis exhibe-
tur. In Uno illo est, qvia è plenitudine ipsius accipimus omnes χάριον
et illi χάριτος gratiam pro gratiā Joh. I. 14. Per unum il-
lum hominem est, qvia per ejus obedientiam tūm activam tūm pas-
sivam.



ANNOTATA ANTI-GROTIANA.

Sicut nobis pars est, & acquisita. Non ergo **X**ristus hic est benevolentia Christi, sed gratia DEI, quae a Christo nobis obtingit.

Eis 785 molles ēwējōseue.

In multos, id est, in omnes qui in Christum crediderunt, quod initium est nova natura. *Ioannes*, id est, abundantius apparuit, supra III. 7. & Matth. V. 20. **תְּבוּ.**

Vic comparationis Apoſtolice & amplificationis gratia, q̄r hic instituitur, non in credentes tantum, sed OMNES homines redundasse, id est, copiosè effusa esse dicitur gratia: ut verbum Syri & de quantitate & qualitate dicitur abundavit, excelluit. Alias abundantius esse malum, qvod ab Adamo in omnes, qm̄ bonum, qvod in Christo in paucissimos utpote credentes solum redundavit. Qvod contrà particularitatem Calyrianam notandum.

¶. 16. Καὶ ὅτι ὁ ἀπόστολος διὰ τοῦτο προειδέθη τοῖς Ἀριστοτελίοντας.

Est ēmēph̄is duplex. Nam & post dī ēvōs subauditur nomen οἴαλος ex verbo αἰσθανον qvod præcesserat, & post ī dōpēa subauditur ἔχει. Non sic se habet donum, ut illa mors ex uno peccato consecuta. Multò efficacius fuit beneficium quam noxa. In qvo autem ea differentia sita sit jam explicat.

Nimirum in eo, quod ex Ada quidem delictore reatu peccati posterius venerit: Christi vero obedientia non ab uno solum illo peccato, sed ab omni omnium peccatorum reatu nos liberet.

Tò mèo gđ nêumà èt èuòc.

Kęsua ୭୯୮୭ constitutionem DEI hic significat, cui
occasionem dedit peccatum Adami.

Non occasione tantum, ut Pelagiani & Sociniani volunt, sed me-
rito peccatum factum est re uictus, vel judicium DEI, cuius reatus ad
omnes pervenit. Si quis mortem tantum corporis, non autem & pecca-
tum per unum hominem in omne genus humanum transisse testatur, injusti-

AD EPIST. AD ROMI CAP. V.

tiam DEO dabit, habetur in Synodo Aratiscanâ c. II. qvia scilicet in-
justicia est morti hominem subiici occasione peccati citra pecca-
tum.

Eis κατηγορια.

Freqvens est Hebræis causam nominare pro effectu,
qvamvis ex alia causa procedente. Ita, qvia damnati mo-
ti solent, damnatio hic dicitur pro morte.

Nulla est necessitas, cur metalepsin hic ponamus. Propria po-
tius vocis significatio retinenda: & κατηγορια de condemnatione
eternâ, qvæ, iudicio divino, me: ito peccati, & proper peccatum
constituta, & decreta sit, intelligenda: quemadmodum vicissim
merito Christi proper Christi obedientiam nobis obtinebit juxta
Apostolicam ἀγίαν τὸ δικαιωμα justificatio & salu eterna. Ut
antea de morte temporali egit, per Adimam invectâ: ita jam de
morte eternâ seu condemnatione, merito peccati inflictâ agit.
Christi enim merito non tantum à pœna mortis temporalis libe-
ramur, qvæ nobis in Christum credentibus jam nos in pœnam
cedit, sed in beneficium, verum liberamur etiam i morte eternâ, &
conseqvimus atqve obtinemus vitam eternam.

Tē δὲ κατηγορια.

Intelligit hic fidem, qvæ & Eph. II. 8. donum DEI
dicitur; qvia DEO revelante nihil tale meritis contigit.

Fides est quidem donum DEI Job. VI. 29. Phil. I. 29. qvod tamen Eph.
II. 8. non dicitur, ibi enim salutem d. num DEI esse doceatur: at hoc
loco κατηγορια notat illud donum DEI, qvod nobis ad iustificatio-
nen donat, obedientiam nempè, & iustitiam Christi nobis communi-
cando, & imputando, ut per eandem non modò à ἡώ κατηγορια
liberomur, sed etiam τὸ δικαιωμα conseqvamur, adeo q; coram tri-
bunali DEI justificemur.

Ex τολλαι: κατηγορια των.

Occasione sumpta ex multis peccatis.

E

Eig



ANNOTATA ANTI-GROTIANA.

Eis dixerunt.

Ad vitam rectam sive perpetuam obedientiam: quomodo dixerunt & infra 18. Sic Jobi XXXIV. 27. יְמִינָה quod est vias ejus, septuaginta vertunt dixerunt autem. Ideo nomen singulare hic usurpavit Apostolus, ut usum ac constantem vitæ tenorem significaret. Apocalypsis plura-
liter pro eodem dixit: *Ta' dina'wūt, rōl az'jor* XIX. 8.

Quid illud occasione ex multis peccatis? Non occasioem tantum ne'jua' eis nascitur ejus delectat peccata, sed id omnino meruerunt. Dono autem illo DEI eminentissimo, quod toti mundo ex immensâ dilectione dedit, quodque per fidem appropriatur creditibus Joh. III. 16. non ex reatu tantum unius peccati lapsus Adamicus, sed e multis delictu, vel lapsibus omnibus, nempe peccatis, qualia & quantum illa etiam fiat, liberamur, adeoque in iudicio DEI justificamur Act. XII. 33. Gratia, inquit Augustinus I. I. contr. Jul. non unum tantum illud interficit peccatum, sed & post illud intrœunt in peccata. Ex multis ergo offendis, hoc est, ex omnibus: nam non ab omnibus offendis liberaremur, non esset via iustificatio, vera beatitudine. Conf. Act. XIII. 38. Röm. IV. 6. Qui in uno offendit, omnime est reu. Jac. II. 10. Tò dixerunt, quia hic opponitur ἡώ κατεργάπεια, iustificationem notat; uti hoc condemnationem, non verò redam vitam, seu perpetuam obedientiam. Quānam enim illa foret oppositio, inter mortem, quam per condamnationem Grotius intelligit, & obedientiam perpetuam, quam per dina'wūt!

y. 17. Ei 28.

Ostendit quantum sit ista vita recta, quam DEI dono adipiscimur, ex eo, quod secum trahit eternam vitam at felicitatem.

Tō & eis w̄dānāwāri.

Repetit quod dixerat suprà 15. sed ut magis aliquid quam antè inferat. In Manuscripto est, cū in w̄dānāwāri.

Non.



AD EPIST. AD ROM. CAP. V.

Non quantum bonam vita recta, sed quantum justificatio sit,
quam DEI dono ad percipimus, ostendit: neque enim obedientia no-
stra secum trahit aeternam vitam ac felicitatem, ut post aliis DEO
debita, adhac imperfecta ad modum & impura Luc. XVII. 10. Rom. IIX.
3. Phil. III. 7. 8. sed justificatio; quia quos justificavit, eos etiam glori-
ficat DEUS Rom. IIX. 30. Et hoc est maius illud, quod iasert jam
Apostolus: non tantum ab omnibus peccatis nos liberari per Chri-
stum, sed etiam merito ejus vitam aeternam nos consequi. Quod
jam etiam dicitur de primi Adami illustrat, sed ut secundo Adamo
longe amplius tribuat: quia nempè Adami demerito non peccatores
solùm constituti sumus, sed etiam rei aeternae mortis, Christi autem
merito non justificamur tantum, & liberamur a peccato, & a mor-
te aeterna, sed consequimur etiam vitam & beatitudinem aeternam, quod
utrumque bonum & donum obtinet nobis sola Christi obedientia
per fidem apprehensa, sine ullis nostris operibus, aut meritis, ut
donaretur unicè gratia. Atque ita thema suum principale & il-
lustrat praelare, & demonstrat pariter Spiritu Apostolico Magus
ille justitia Christi praeco.

O Γαβριήλ εβαγγελον.

Uta suprà 13.

Volebat dicere 14. Non autem de dominio mortis, jam agit ad
interacionem temporalem, sed ad condemnationem aeternam: ad
quam omnino vi comminationis divina Gen. II. 17. dominabatur
per peccatum mors, vel qui potestatem mortis habet Diabolus
Ebr. II. 14.

21. τοῦ ἐνδός.

Id est, per naturam ex uno in omnes transeuntem.

Iterum incrassatur Pelagianismus, & Socinianismus di eis cuiusq[ue]
dixerat Apostolus v. 16. & semper inculcat peccatum ut
causa mortis, adeoque etiam hic ut καταγέγειναι condemnationis
causam: Non enim per naturam quam talem, sed per naturam cor-
ruptam ex uno in omnes transeuntem mors in omnes obtinet im-
perium. Neg, enim sub DEO justo miser esse (nendum condemnari)



ANNOTATA ANTI-GROTIANA

qui nō q̄ram, docente August. l. r. oper. imperf. nisi mereatur, potest. Malum, inquit idem Hipponeſis Episcopus l. III. c. Julian. c. 6. si nullum ex origine traherent, (posteri Adami) nunq̄m cum vitiis vel corporalibus nascerentur. DEUS enim qui est animarum, ipse est etiam corporum conditor, qui utiq̄ humana in ipsā conditione naturae vicia non infliget immērita.

Πόλλω μέλλον.

Multò faciliūs, ut supra 15.

Οἱ Ιησοῦς εἰς τῆς χάριτος.

Abundantiam gratiæ more Hebraico, id est, gratiam abundantissimam vocat, benevolam patefactionem divinæ voluntatis factam per Christum.

Καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης.

Δωρεὰ δικαιοσύνης, rursum Hebraismus, pro justitia, quæ dono datur. Vide supra 15. Dono autem dari dicitur, quia per fidem obtingit, quæ est donum DEI, ut diximus supra 16.

Δαιδαλοντες.

Id est, qui voluerunt accipere, & sic acceperunt re ipsa: sic & Joh. I. 12.

Quidnam: gratia: abundanter bona non consistit in benevolâ voluntati divina patefactione, sed est ipsa gratia justificationis, quod ex merita gratiæ & misericordiæ impium DEUS, dummodò credit, justificet. Quæ annunciatur quidem in Evangelio, AET. XIII. 33. sed non est ipsa Evangelii annunciatio, quam amplectimur per fidem: uti donum illud ex gratiâ redundans abundantissimâ, donum justitiae, vel justitiam abundantissimam significat, quæ nobis offert per Verbum DEUS. Fides ergò hic per ληψίν seu receptionem & apprehensionem gratia & justitiae Christi, quæ dono datur & imputatur nobis, describitur. Quæ Papistæ penitus pervertunt, gratiam in justitiam inherentem, & abundantiam donationis seu justitiae donata, justitiam abundant-

Fides per recep-
tionem de-
scribitur.

Papist. deprava-
tio.

AD EPIST. AD ROM. CAP.V.

undantissimam dono nobis datam, de quâ abundantiore justitiâ Matth. V. 20. convertentes in abundantiam donorum infusorum, prorsus contra mentem Apostoli, tûm hoc in loco, tûm in parello, Ephes. II. 7. ubi ἀεισίαν τῆς χριστοῦ explicat per υπερβάλλοντα εφ. II. 7. πλεῖστην τῆς χριστοῦ: Tûm in aliis Scriptura dictis, qvibus non tantam ἀεισίαν donorum, sed tantum primiciâ Spiritus nos accipere docet Rom. IIX. 23. & magna infirmitate ob carnis reliquias laborare testatur Rom. VII. 14. seqq. Gal. V. 17. Adde qvod y. 20. satis luculentum sit, qvænam hic sit ἀεισία χριστοῦ, ubi abundavit delictum, ibi παρεγένετο στον ιησούς. Qvod utique de inhærentiâ justitiâ explicari non posse, liquet.

Ἐν ζωῇ βασιλέυσθαι.

Duo magna dicit & hominibus gratissima, vitam & regnum, sive immortalitatem & summos honores. Vide I. Cor. IV. 8. 2. Tim. II. 12. Apoc. V. 20. XX. 4. XXII. 5.

Ἄλγε τοῦ ἐνὸς ἡγούμενος.

Per vitâ principem. Act. III. 15. Etenim vitam illam aeternam in tenebris latenter primus apertam fecit, primus eam est consecutus: idem etiam novam de se natu-ram trahentibus eam conferet.

Fideles acceptantes gratiam abundantissimam DEI, & abundantissimam justitiam Christi, qvæ dono datur ex gratia, regnare in vitâ, tûm in regno gratia in vitâ spirituali, tûm in regno gloriae in vitâ aeternâ ac coelesti, per Christum, qui nos fecit reges DEO Ap. I. 6. c. V. 10. Qvod longè majus est bonum, qvod à Christo redundat, qvâmet erat malum; qvod ab Adam est prosectorum. Ille enim tantum mortem in posteros cum peccato propagavit; Christus autem nos tantum à peccato & morte nos liberat, passione & morte suâ, sed vitam etiam coelestem, beatam, & regnum gloriae, qvæ bona Adam non habuit, nobis acquisivit obedientiâ & justitiâ suâ. Qvod meritum Christi obliterate, quantum in ipso est, cum Pelagio & Socino

Quomodo bene-
num, qvod à
Christo est,
majus malo fit,
qvod ab Ada-
mo.

E 3

MOR

ANNOTATA ANTI GROTIANA

non veretur Grotius; Christo nihil amplius hic tribuens, quām vi-
ta eterna primam annunciationem. & aditum primum, vel quod ean-
dem primum conseq̄utus sit, adeo q̄ue exemplo suo acerbis pr̄ive-
rit. Qvod utrumq̄ue falso est; Nam annūciata vita eterna est
jam olim, & per Prophetas pr̄edicata: neq̄ue primus vitam eternam
quoad ordinem temporis adiit Christus, quum Enoch & Elias in
vitam eternam animā & corpore translati sint, & si Grotius au-
diās, fortē etiam plures; ut taceam, qvod nulla hic exempli ratio
locum habeat. Christus enim fuit exp̄er̄ peccati & perfecte San-
ctus, quales nulli alii sunt, unde ad ejus instar & exemplum nulli
ingressori essent cœlum, si propria innocentia & sanctitate id in-
gredi deberemus. Qvod verō Christus nobis vitam eternam
confert, id commune ipsi est cum Patre & Spiritu S. nec ad meri-
tum Christi pertinet: quemadmodum etiam regeneratione nostra opus
est S. S. Trinitatis commune, non Christo proprium. Nascimur
enim ex DEO Joh. I. 13. & ex Spiritu Joh. III. 5.

v. 18. Ἀριθμ. 89.

Hic post longam παραδίκην, in qua obiter institutæ
comparationis disparitatem ostendit quādam, redit ad
id, qvod dicere cōperat suprā 12. ἀριθμ. est repetentis inter-
ruptum sermonem. Simile hyperbatum & repetitio-
nem sermonis inchoati per νοῦ habes Philipp. II. 1. 5.

εἰς δὲ τὸν ωραῖον οὐαὶ τοῖς πάτερσιν αὐτοῖς εἰς
κατακλύσμα.

Supple ἐγένετο res processit. Hebræi, ubi statum ali-
quem designant ?, qvod valet εἰς, ponunt vice nominativi
ut Gen. II. 20. ἔσθιεν τὰ πάντα μία. Et I. Cor. XV. 45. ἐγένε-
το εἰς φυλὴν ξωτῶν: unde & hoc εἰς κατακλύσμα & qvod se-
q̄uetur εἰς dicitur Syrus per Nominativos transluxit.

370

Eritis ergo filii evangeli dominicae vocatae.

Id est, caro nostra, ut jam explicat: eam obedientiam Christi per omne vitæ tempus ad mortem usque vocat singulari numero dominica, ob uniformem ejus tendrem, ut diximus supra 16.

Eis misericordia a spiritu regit.

Intellige omnes qui ipsi sicut oportet credunt, quod initium est, ut diximus, novæ naturæ.

Eis dominicorum genitio.

Evenit eis liberatio a peccatis, quæ liberatio causa est vitæ æternæ. Genitus apud nos scriptores ex Hebraismo varias significationes habet. Hic rei effectus designativus est.

Nulla hic *paragraphe*: omnia recte se habent absque ea; nec aliena est à tractatione Apostoli illa comparatio, sed maximè ad eam facit, imo ad *thematis principali* tunc explicationem cum confirmationem pertinet. Neque obiter ergo, sed ex instituto & sedulo facta est haec comparatio. *Aeg* hic potius est *inseritus*, quæ in repetitis, & ad priora reditatis; Nam concludit ex iis, quæ jam per tractavit Apostolus, atque demonstrationem hic conficit sui thematis ex illa *ad Iustitiam elegantissimam Adami & Christi*; h.m. ergo sicue per uniuersum delictum (Malum vel peccatum aut *transgressus* reatus, quod è superioribus colliguntur) super omnes homines (venit) in condemnationem, ita, per uniuersitatem (beneficium), vel donum vel re *gratia ex operibus* super omnes homines venit, adiustationem vita: Quo pacto opponuntur sibi Adam & Christus illis *ad gratiam* delictum, hujus dominica sati sufficiunt; ex illo ornum *reversa* veritatem, delicti Adamici reatus & communio; ex hoc autem redundat *gratia opera* vel beneficium gratitium; satisfactionis donum & imputatio. Denique comparantur iudicio oriens *natura regula* vel *condemnationis & mortis aeternæ*, & è dono *justitiae* in nos secundans *justificatio nulla*, quæ à peccatis.

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

Catis liberamur, & vita æternæ hæredes reddimur. Syri autem interprætatio, & Grotii observatio admitti hic facile potest; plenior tamen illa est, quam dixi, & simplicior ac convenientior. *Syrus enim ita habet: Sicut per unius delictum fit condemnatio omnibus filiis hominum; Sic per unius justitiam est justificatio vita in omnibus filiis hominum:* quæ ratione id, quod versus sequens habetur, cause instat expressè adducitur, cur & condemnatio per unius delictum, & justificatio vita per unius dñicione orta, quia scilicet peccatores constituantur per unius inobedientiam multi, & contraria per obedientiam unius multi constituantur iusti. Non autem in omnes redundavit dñicione ad justificationem ratione actualis justificationis, sed ratione meriti & acquisitionis salutis; quia ad actualēm justificationem, & salutis fruitionem opus est fide. Ceterum dñicione definiunt à Philosopho V. Eth. Nicom. c. 7. iuris dñicione, injuryæ correctionis, quæ vel activa est, quæ per actionem legitimam & sententia judicaria exequutionem sit, vel passiva, quæ sit per satisfactionem, cum reus, qui injuriæ fecit, poenas debitas luit. Quo facit illud Mich. Ephesii in cap. 19. Ethic. dñicione jure accipere dicitur, & de accipiente id, quod sibi ablatum fuit ab iusto, & dicitur de eo quoque, qui jure plectitur. Satisfactione in genere est ea præstatio, quæ debitorem poenam à poena liberat; vel quæ tantum sit, quantum satis est ad injuriæ corrigendam: uti penali satisfactione est persolutio poenæ, quæ luctando delicto sit, vel, ad perimendam obligacionem, quæ sit è delicto. Ideò cum de dñicione Christi nostri loco præstito hic agatur, satisfactionem ejus hoc nomine exprimi dubium non est; Ut proinde hic y. 18. causa meritoria, absolutionis approbat, quæ sit in justificatione nostra, utpote dñicione vel satisfactione designetur, & y. 19. subjugatur causa meritoria imputationis justitiae Christi, quæ itidem in justificatione sit, nominata Christi obedientia. Nimurum uti merito transgressionis Adamicae, vi legis, iudicium in omnes venit ad condemnationem, ita merito satisfactionis Christi non pro uno tantum peccato, sed pro omnibus peccatis, secundum Evangelium, imputatio satisfactionis Christi omnibus parva est ad justificationem, vel absolutionem à peccatis, ut vicaria consequi possint aeternam: & uti merito

Quid dñicione
pa!

Satisfac-
tionem Christi
exprimit.

AD EPIST. AD ROM. CAP.V.

merito inobedientia Adami peccatores & iniusti constituti sunt omnes, vi justitia divina, omnibus imputata Adami inobedientia, ita & merito obedientia Christi, vi divina gratiore voluntatis, omnes constituti possunt & debent justi imputata ipsi Christi obedientia. Non ergo simpliciter idem est & *δικαιοῦσα* & *ἡ ζωή*. *Differentia non*, quia per illud penalis satisfactio, per hanc vero legis impletio inter diuinam (utramque enim pro nobis praestitit Christus justificationis nostra qua & *ζωή*; causa) designatur: *Conf. Disputationes nostrae Regionantiae de veritate satisfactionis Christi. Eleganter Augst. l. II. de peccat. orig. c. 2.*

In horum duorum hominum causa propriè fides Christiana consistit, quum per unum venundari simus sub peccato, per alterum redimamur a peccatis, (quæ est satisfactio passione & morte praestita) quum ille nos in se perdidit faciendo voluntatem suam, non ejus, à quo factus est; iste nos in se salvos fecit non faciendo voluntatem suam, sed ejus, à quo misus est; quæ est obedientia Christi activa.

§. 19. Νοτῳδεὶς δὲ τῆς καθηροῦσες ἐγένετο
μαρτυρολοι καταστήσονται
πολλοί.

Est rursus *metarupia*. Ita tractati sunt, quasi peccassent actu, nempe quia addicti sunt morti. Sic vox peccatoris sumitur. Regum I. 21. & alibi, πολλοὶ hic rursum dixit, cum modō dixerit πάντας omnes, excepto fortè uno aut altero.

Ἐπειδὴ δὲ τῆς ὑπαρχοῦσες ἐνός.

Per obedientiam Christi perpetuam, doctrinæ ipsius congruentem, & à DEO repensatam summo præmio. Vide Philippi. I. 8. 9.

Δικαιοι καταστήσονται οἱ πολλοί.

Futurum pro presente durabili. Et multi, id est, credentes, sic ut credi oportet. Vides hic δικαιοι καταστή-

F

σονται



idem esse quod dinas dico utrque aut dinas utrque, & positō
abstracto vice concreti, more Hebræo, dinas oīn γίγνονται
II. Cor. V. 21. Respicitur autem non obscure locus Esaiæ
LIII. 11. Per sui notitiam justos faciet justus servus meus mul-
tos. Justi sicut nempē apud DEum, ac proinde & divina
præmia suo tempore consequentur.

Sociniane
Grotii de p̄gias.
Vario,

U. Reg. I. 21.

Temerè singitur *μετανοεῖσθαι*, & more Sociniano pervertitur
sententia Apostoli. Non quomodo tractemur propter inobedien-
tiam Adami, sed quales constituti simus, docet Apostolus: animi-
rum peccatores & injusti per imputationem inobedientia Adami, neq;
his de morte agitur, sed de peccato, quod in accurata hæc tra-
tatione à morte distinguit Apostolus seu causam ab effectu. Locus
I. Reg. I. 21. alienus est. Ibi enim particula Σ subintelligi, more
Hebreis recepto, commode potest: nos erimus sicut peccatores. Hic
vero ei locus nullus est. Non autem hæc omnia dicuntur, qui
modò *πάντες* dicti: omnes ergo intelligendi, nec excipi ullus po-
test. Nulla enim hic *Διατύπωσις* est Rom. III. 21: omnes in lumbis
Adæ fuerunt, omnes in ipso peccarunt v. 12. idèc omnes peccatores
constituti sunt, & super omnes condemnatio venit. Obedientia au-
tem Christi hic non proponitur nobis ut in Christo summo prælio
repensata, sed ut prædicta preftita, nobisq; omnibus imputabilis
qui per eandem omnes justi constitui possumus, & ex intentione
voluntatis divinae gratiosissimæ debeamus. Id autem recte di-
citur, futurum pro presente durabili adhiberi, locumq; Esaiæ, quem
in Annotariis ad Ef. LIII. 11. insigniter depravavit Grotius, hic non
obscure respici. Habeimus ergo hic justitiam & obedientiam Christi,
qua imputatur nobis in justificatione nostrâ, in iudicio divino
per fidem, vel cum fide apprehenditur, quemadmodum inobe-
dientia Adami imputata est posteris ejus. Uri enim hi peccato-
res constituti sunt imputatione inobedientie Adami, sic iusti nos confli-
ctuimus imputatione obedientia vel justitia Christi.

Pontificiorum
Sophiam d

Pontificii Bellarmino, Beccanii, & alii ex hæc comparatione
colligunt obedientiam Christi non esse formalem justificationis nostri
casum, sed efficientem, siquidem opponatur obedientia Christi inobe-
dientia

ANNOTATATA ANTI-GROTIANA

Obedientie Adami , & sicut per hanc iniusti, ita per illam justi constitui dicamur . At iniusti per inobedientiam Adami constitui non formaliter , sed efficienter & meritorie . Sed hac opposita non sunt , immo nec inobedientia Adami iniustas , nec obedientia Christi justas nos posset efficere , nisi imputative per illam iniusti , per hanc justi constitueremur . Nam si non imputaretur nobis Adami inobedientia & obedientia Christi , nequitq[ue] vel illa vel ista nostra esset . Suntemus actus singulares & individui , adeoq[ue] proprii eorum , & q[ui]ibus sunt , & personales . Actus autem proprios & personales formaliter esse communes contradictorum est . Ideoq[ue] oportet imputari , ac proinde ipsam Adami inobedientiam necessarium est imputatam esse posteris , nec minus necessarium esse nobis imputari obedientiam Christi . Non autem imputaretur nobis inobedientia Adami , nisi meruisset Adam inobedientia sua hanc penam , ut & sibi in condemnationem imputaretur inobedientia , & posteri eius universi : quia Adamus is fuit , in quo esse censebatur universum genus humanum . & in quo id accepit iniustitiam originalem per naturam ; unde apostasia & inobedientia Adami censebatur rotius humani generis , qvod in lumbu ejus erat , apostasia & inobedientia , & in Adamo peccaverunt omnes , adeoq[ue] jam tunc , cum peccavit Adam , damnatum fuit universum genus humanum , factumq[ue] reum apostasias & inobedientias aduersus DEum ; unde & Augustino peccatum Originis , qvod per carnalem generationem attrahimus ab Adamo pena dicitur primi peccati , vel inobedientie Adami . Qvomodo autem pena esset in posteris peccati primi , nisi posteris primum illud peccatum imputaretur ? Et facetur Bellarm . l . IV . de amiss . grat . c . 10 . peccatum Adae et a omnibus posteriori imputari , ac si omnes idem peccatum patravissent , adducens S . Bernhardi dictum : Nostra est Adami culpa , quia icti in alio nos tamen peccavimus , & nobis justo DEI iudicio imputabatur licet occulsi . Similiter imputari haud posset nobis obedientia Christi , nisi meruisset Christus obedientiam legi praestando , ut nobis imputaretur illa obedientia , utpote pro nobis præstita : quia Christus is fuit , qui surrogabatur in iudicio divino nostri loco , non tantum

ANNOTATA ANTI-CROTIANA

ut pro nobis paenam peccati lataret, ac justitia divina satisficeret, p.
 Cor. V. 14. 21. sed etiam ut pro nobis legem implaret, & obedientiam
 praefatatur, quam nos praefare non possemus, Rom. IX. 3; c. X. 4.
 Gal. IV. 6. Ideo ejus obedientia censetur totius humani generis ob-
 edientia. Ecce in fidè apprehenditur a nobis, nostra sit per λογιον
 ipsius & imputatio eis in iudicio DEI obedientia, tamen verè ac si
 nollemus ipsi eam praestit issemus. Sic ergo & efficienter & merito-
 ri Christus est causa nostræ justificationis, quia loco humani ge-
 neris obedientiam DEO praefuit, & formaliter, quia fidei nostra
 imputatur Christi obedientia, & per fidem apprehensa nostra es-
 sit mutata in iudicio DEI. Si dicas, neminem constitui justum nisi per
 inherentem justitiam, dico contra te, eum esse verè apud DEum ju-
 stum, cui imputatur aliena, ne in pœna Christi, justitia. Nam id
 cum sit a DEO, ve è etiam fieri oportet. Sumus ergo justi, &
 verè justi apud DEum per hanc imputatam justitiam, & quidem
 multo magis, multoq; augusti, quam qui ex inherentia suâ ju-
 stitia estimantur. Si eum Stapleton dicas, ut respondeas rei inher-
 entem justitiam inferre, ut servus super omnia bona constitutus Luc. XII.
 44. & inimicus quis DEI constitui. Jac. IV. 4. dicitur: respondeo,
 id ubiq; non significare præcisè inhærens quid, sed veritatem, &
 certitudinem ejus quod agitur; sed autem alter atque alter nihil obstat.
 Ita constituitur partes albus per inherentem albedinem, constituitur
 quis Dominus super bona non per inherentiam, sed per χριστόν: con-
 stituitur amicus DEI per affectum DEI amanti, qui inhæret DEO,
 non ei, qui amat. Per justitiam ergo Christi imputaram verè
 justi apud DEum constitui possum us, neque verius aut a Domino suo
 quisquam super bona, aut inimicus vel amicus DEI constituitur.

Consensus Patrum:
Justiniani Martyris.

Pertinent huc e-
 gregia Patrum sententia. Iacobum Apostolicum iesigni et illustran-
 tes: Justinus M. r. yrin expos. fid. inquit. Quidam quidem peccato-
 boe Adam morti genus humanum subjecit, & naturam eun-
 etiam debito obnoxiam readidit, Filius cum DEus esset, & ho-
 mo, transgressionem apsumus. Ad eum revocavit atque abolevit, ac
 quatenus:

AD EPIST. AD ROM. CAP. V.

quatenus homo, cum sine crimen innocentiter vitam egit, tunc voluntariam subiit mortem, per conversationem quidem sum-
mam & exactam lapsum a Patre regens, ne videatur, per
mortem autem indebitam debitum extingvens. Idem in
Epist. ad Diognet. Quid aliud potuit peccata nostra tege-
re, quam ejus iustitia; in quo alio nos iniqui & impi PRO
JUSTIS HABERI possumus, quam in solo DEI Filio: o dulcissi-
ma permutationem! o imperceptibile artificium! o beneficia
expectationem omnem superantia! ut iniquitas quidem mul-
torum in uno justo abscondatur, iustitia autem unius faciat,
ut multi in justis pro JUSTIS habeantur. Ireneus l. V. adv. Irenaei
hæres. c. XIV. Dissolvens enim, quæ ab initio in ligno facta
fuerat, hominis inobedientiam, obedientes factus est, usq; ad
mortem, mortem autem crucis, eam, quæ in ligno fuerat, ino-
bedientium sanans - Quem in primo quidem Adams offen-
dimus non facientes ejus præceptum, in secundo Adam re-
conciliati sumus obedientes usq; ad mortem facti:
quod expliatur. C. XV. de donatore iustitiae Christi.
Nobis, inquit, donat eam, quæ est ad facilitatem nostram
conversationem & subjectionem. Ambrosius in 2. Cor. IV. l. Ambrosii.
Situt in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vi-
vificabuntur. Adam enim forma mortis est, causa peccati,
Christus vero forma vitae est propter iustitiam. Cyrillus Alex. Cyilli Alex.
Tom. III. libr. de re q. fid. ad Reginam. Absurdum est, nos
quidem hæredes factos supplicii primi parentis, corruptione
per inobedientiam immissa, non autem fieri particeps iusti-
tiae secundi, qui ad vitam nos reabit per maximam illam
obedientiam. Quando igitur dicit Scriptura, per obedien-
tiam unius iustificatos esse multos, non hominem simpliciter

F. 31

q. vienb.



ANNOTATA ANTI GROTIANA

Quempiam nobis similem in hoc de relictum esse dicamus, sed incarnatum potius & obedientem pro nobis factum Patri filium. Et l. XI. in Joh. c. 25. Quemadmodum in prævaricatione primi hominis, ut in primitiis generis nostri morti ad dicti sumus, in ipso primo audientes, terra es, & ad terram reverteris, eodem & arbitrario modo per obedientiam & justitiam Christi, in quantum legis ipsius subjecisti, quamvis legis autor esse, benedictione, ac vivificatione, quæ per spiritum est additam, nostram penetravit naturam. Item l. XII. c. 16. Sicut condemnatio per primum Adam in omnes penetravit; sic justificati Christi benedictione per unum ad omnes extensa est. Testatur id Paulus dicens: Sicut enim per unius delictum, in omnes homines in condemnationem, sicut etiam per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitae: Agrotavimus ergo per primum Adamum inobedientia maledictionis, morbo, locupletati autem sumus per secundum Adamum per obedientiam & benedictionem. Autor enim legis ut Deus, mandata legis servavit ut homo. Athanasius de incarnatione verbi: Impossibile est puritatem & innocentiam in humana natura exhiberi, nisi Deus credatur in carne esse, qui justitiam omni peccato liberam in mundum introduxit, cuius via PARTICIPES redditi sumus, viventes & salvabimur: Illud enim, non est justitia in terra, qui bonum faciat & non peteat, in communi ad omnes homines pertinet. Unde ex celo descendit, qui IMMACULATAM ex se justitiam datur erat, Idem adversus eos, qui damnatio afficiunt genus nostrum eo quod negant, Servatorem exacturam nostra sumisse primitias. Necessarium est, maximeq; necessarium credere Script. S. confiteri ex nostro genere primitias, celebrare singularem assumentiam in genus humanum Amorem, obstupescere magna economia atq; dispensationis miracu-

Athanasi.

AD EPIST. AD RÖM. CAP. V.

miraculum, non timere exercitationem legis. (Christus enim nos à maledictione legis liberavit) IMPLETIONEM LEGIS à primis tuis (Christo) factam TOTI MASSÆ ADSKRIBERE, λογίζεσθαι IMPÙTARE. Gregor. Nyssenus orat. II. in Cantic. Christus in SE TRANSLATIS peccatorum meorum sordibus PURITATEM SUAM mecum COMMUNICAVIT, μεγάλη ψευδεπίστασις, quæ in ipso est, PARTICIPAM fecit. S. Augustinus T. IX. tract. III. in Joh. Omnes qui ex Adamo cum peccato, peccatores; omnes qui per Christum justificati, justi non in se, sed in ILLO; nam in se si interroges, ADAM sunt, in illo, si interroges, Christi sunt. Idem Serm. VI. de verb. Apost. T. X. Ipsum Christum, qui non noverat peccatum, DEUS PATER pro nobis peccatum fecit, ut nos simus justitia DEI in ipso: videte dub, JUSTITIA DEI, non NOSTRA, in IPSO, non in NOBIS. Item Tom. III. in verbis ad Laurent. C. XL. ipse ergo peccatum, ut nos justitia, nec nostra, sed DEI; nec in nobis, sed in ipso. Sicut ipse peccatum, non suum, sed nostrum, nec in se, sed in nobis. Et T. II. X. in Enarr. Ps. XXX. Conc. I. in tuā justitiā erue me, & exue me. Quid non invenisti in me justitiam meam, erue me in tuā, hoc est, illud me eruat, quod me justificat, quod ex ipso pium facit, quod ex istiq[uo] justum. Adde quæ habet Ep. XXIII. ad Bonif. Ab Adamo contraximus reatum, quoniam muneramus in Adamo, quando peccavimus. Chrysost. hom. X. ad cap. V. ad Rom. Ob id sursum ac deorsum vocis huic UNIUS iuris, ea usque in medium afferit, cum dicit: Quemadmodum per unum hominem peccatum in mundum introiit; & si unus peccato multi mortui sunt: & non sicut per unum, qui peccaverat, venerat mors, ita & doctum; & judicium ex unius delicto ad condemnationem, & rursus, quemadmodum enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, nec desistit: ut cum tibi Iudeus dixerit, Quod patto uno ricchè agente Christo universus orbis salutem facili est in possu illi respondere. Quo pacto uno inobediente Adami, un verso orbis condemnatus est? Leo I. Epist. LXXX. ad Juvenal. Ut autem repararet omnium vitam, receperit omnium causam, & vim veteri chirographi, quod solitus inter omnes non debuit, pro omnibus solvendo vacuvavit, ut sicut per unius reatum omnes facti fuerant peccatores, ita per unius justitiam omnes fierent.

Gregor. Nyss.
seni.

August.

Chrysost.

Leonis Magni.



ANNOTATA ANTI-GROTIANA

Anselm.

ſerent INNOCENTES, inde in homines manante justitia, ubi est huma-
na ſucepta natura. Anſhelmuſ in cap. V. ad Rom. Per uniuersitatem
venientem in omnes homines electos, nūtum eſt in iuſtiſicationem ut
PARTICIPATIONE JUSTITIE Christi iuſtiſcentur. Bernhard. Ep.
CXG. ad Innocent. Homo qui debuit, homo qui ſolvit. Nam ſi u-
nus, inquit, pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui qui ſunt,
ut videlicet ſatiſfactio unius omnibus IMPUTETUR, ſicut omnium peccata
unus ille portavit. Item: Quid ex ſe agere poterat, ut ſemel amittam IU-
STITIAM reparet homo, ſervus peccati, vincitus diaboli? Aſignata eſt ei
proinde ALIENA, qui caruit ſuā. Et ſerm. ad milit. templ. c. p. XI.
Mors in Christi morte fugatur, & Christi iuſtiſia nobis IMPUTATUR. Et
porrò: unius peccavit, & omnes tenentur REI. Et unius INNOCENTIA
ſoli REPUTABITUR uni? Unius peccatum omnibus operatus eſt mortem,
& unius IJUſTITIA uni vitam reſtituet? Itanè DEI iuſtiſia magis ad con-
demnandum, quam ad reſtaurandum voluit? Aut plus potuit Adam in
malo, quam Christus in bono? Ad peccatum imputabitur mihi, & Christi
IJUſTITIA non pertinebit ad me?

PARS III.

Παρεργονευασική commone faciens de cauſa ſubingreſſe
legis.

¶. 20. νόμος ἡ παρεισῆλθεν.

Poterat dicere Judæus: Si ita ſe reſhabet, ut Christus ſit cauſa vita, ſicut mortis Adamus, quid ergo egit
lex Mosis? Huic quæſitioni respondens ait: lex de trans-
verso intervenit inter exordium peccati & exordium
nova juiſtiſia. Sit παρεισῆλθεν Gal. II. 4. παρεισέδουσιν Ju-
dæi 4.

Ινα τὴν παρεισάσην οὐ δύπτωμα.

Hebrais ſapere eſſe dicitur quod apparet; Itaque ſicut
παρεισένειν eſt abundantius apparet supra III. 7. & hic iſ. ita
&

AD EPIST. AD ROM. CAP. V.

& τελεονάζειν hic & infra VI. i. II. Cor. IV. 15. II. Thess. I. 30.
utrumq; πλεονάσας & πλούσιος junctim habes i. Thess. III.
12. Per legem magis innotuit peccatum Supra II. 9. 12. III.
20. IV. 15. infra VII. 8.

τέλεπλείσθαι ή ἀμαρτία;

glic valet postquam, sicut & Latinè usurpatur ubi.
Solent enim locorum nota ad temporis significationem
transferri.

ταρεπηγίσθεντι ή χάρις.

Non satis habuit dicere ἐπειγόντοι, sed præpositio-
nem augentem addidit, ut intelligeretur multò illustriùs
apparuisse DEI benevolentiam, quam ante apparuerat
peccati turpitudine. Amat tales comparationes Paulus ut
ταρεπηγίσθεντι, ταρεπηγίσθεντι, ταρεπηγίσθεντι, ταρεπηγίσθεντι,
& II. Cor. VII. 4. & ταρεπηγίσθεντι Marc. VII. 37. & ταρεπη-
πλεονάζειν. I. Tim. I. 14.

Verum est intervenisse de transverso legem, sed intervenisse inter
scordium peccati, & exordium novæ iustitiae auspici docetur. Inter-
venit autem ut argueret peccatum, & iram denunciaret, ac maledi-
ctionem Rom. III. 20. c. IV. 11. Deut. XXVII. v. ult. Gal. III. 27. postularet
verò obedientiam perfectam si vitam consequi quis velit Levit. XXIX. 5.
Luc. X. 28. Gal. III. 12. Qvum ergo omnes de peccato & reatu con-
demnationis voce legis convincantur, nec ulla postlapsum obe-
dientiam perficitam praestare posit, DEus ex immensâ gratia
Filium proprium Mediatorem destinavit, qui pro p[ro]ceratis nostris
satisfaceret, nostriq; loco obedientiam legi praestaret. Qvo d[omi]n[u]s
theodorus Abutara Episcopus Carum. Disp. XV. c 5. DEus iusto iu-
dicio suo a nobis omnia exigebat, qvæ in lege scripta sunt: qvæ cum solven-
do non essent, idcirco pro nobis Dominus noster illa persolvit, & maledic-

Cur lex inter-
venerit?

ANNOTATA ANTI-GROTIANA.

Etiorum condemnationemq; cui obnoxii eramus assumptis, ultroq; in se rece-
 pit, qvæ p; t; debueramus, illa ipse pertulit. Lex ergo magis ἡγεμονήσει,
 ut nos compelleret, ut mediatorum hunc quereremus, & ita no-
 bis prædagogis facta est ad Christum Gal III 24. nou ut appareres
 tantum illustris DEI benevolentia, qvā peccati turpitudo, sed ut a-
 bundantius sese explicet gratia DEI in nobis, quo pleniū vis pec-
 cati se exerit in iis, qui contra corde & humili Spiritu sunt. Do-
 cet ergo Apostolus, legem Mosis intervenisse, ac solenniter pro-
 mulgatam esse, non ut per eam aboleretur peccatum, aut nos justifica-
 remur, sed ut peccatum ejusque poena nobis clarus ob oculos po-
 neretur, gratia verò DEI in Christo exhibita eā magis desiderare-
 tur, gratiq; esset. Atq; haec tenus admittimus modum illum lo-
 quendi, quo verba activa apud Ebreos declarative accipiuntur Ley. XIII.
 14. 2. Sam. XV. 4. Prov. XVII. 15. At hæc data est lex, ait August. de me-
 dic. penit. c. I. ut vulnera ostenderet peccatorum, qvæ gratia benedi-
 ctione sanaret. Reverā tamen gratia DEI abundantior etiam est
 quantiscunq; peccaris, & superabundat, ubi abundant peccata,
 modo veā fide apprehendatur: qvia immensa est, & λύτρω immen-
 sae pretiis sanguinis nempe ipsiusmet aeterni DEI Filii nobis
 parata. Peccatum infinitum malum est ratione Objecti, qvia com-
 mititur contra infinitum bonum; Satisfactione autem & justitia
 Christi infinita est, non solum ratione Objecti, cui proficit, sed etiam
 ratione Subjetti, qvia à personā infinita proficiuntur, à qvā infiniti
 precii valorem consequitur. Peccatum Diaboli & hominis opus est,
 gratia verò DEI est, Satisfactione & justitia Christi non meri hominis
 sed veri & infiniti DEI. Degratiā DEI Chrysost. homil. III. de po-
 nit. Qvantam scintillā se habet ad mare, tantum homini malitia ad
 DEI clementiam. Pelagus tametsi magnum est, mensuram recipit, DEI
 verò clementia finem non habet. De merito verò Christi S. C;rrill. Alex.
 Exeg. ad Valer. de Verbi incarnatione, qvæ habetur in Concil. Ephes.
 T. VI c. 17. Qvo pacto autem unus pro omnibus mortuus,
 justum pro omnibus pretium exolvere potuit, si per perspicuum
 illam puri euangelii hominis suise dicamus? Qvod si verò
 verbum

AD EPIST. AD ROM. CAP. V.

verbum secundum humanam naturam passum proprias carnis perpessiones quasi proprias in se transstulit , sibi vindicavit , tunc demum unius mortem secundum carnem omnium hominum vita PRÆPONDÉRASSE rectissimè asserimus . Et alter Cyrus Hierosolymitanus Episcopus Catech. illumin. XIII. Neg. mireris totum esse per illum mundum liberatum : Non enim simplex homosuerat , sed Filius DEI unigenitus pro illo moriens quandoquidem unius etiam viri Adam peccatum potuit mortem adferre mundo , si ergo transgressione unius mors regnavit in mundo : cur non multò magis iustitiā unius vitaregnet ? Si protoplastus de terrā universalem mortem attulit ; qui creavit illum de terrā nunq̄ vidvitam non adferet aeternam , cum ipse sit vita ?

Ψ. 21. ἵνα ὁ ὄπερε ἐβασιλεύσῃ ἡ ἀμαρτία τὸν τῷ θανάτῳ.

Vires suas ostendit per mortem . vide supra 14.

Ἐτο οὐδὲ οὐχαρέστη βασιλέυσῃ .

Benevolentia DEI vires suas ostendat .

Ἄγε δικαιοοῦντος .

Per obedientiam Christianorum .

εἰς Γαλὴν εἰώνιον .

Quæ obedientia ducit ad vitam aeternam .

Ἄγε Ιησὺς χωνεύεται καρπόν μου .

Qui scilicet sicut justiam illam iu nobis efficit , ita & vitam aeternam ipse nobis daturus est , ut post Patrem ipsi omnia debeamus .

Parti-

ANNOTATA ANTI GROTIANA

Particula 7ra. hic τελικῶς accipitur qvæ finis exprimitur
 tūm justificationis per justitiam Christi imputationem , cetero ob-
 jecti principaliū, in quo occupatur Apostolus, tum superabun-
 dantius gratiae , cum abundat peccatum, ut scilicet non minùs, i-
 mō amplius dominetur gratia per justitiam ad vitam , qvā domi-
 natum est percatum in mortem . Qvānam autem illa sit justitia
 partim ex antegressis constat, nimirum non justitia inherens,
 vel obedientia Christianorum , qvatuī ē circulo justificationis ex-
 clusit Apostolus, sed justitia imputata vel aliena ipsius Christi
 obedientia , qvā nos justos constitui docuit; partim ex oppo-
 sitione : qvia peccato qvod dominatur in morte opponitur
 justitia Christi, illi Adami inobedientia Christi obedientia,
 Adami delicto Ch-isti discipulorum: partim ex effectu, qvia non
 justitia Christianorum , sed solum obedientia Christi causa
 est vita : & per justitiam nobis per fidem imputatur: adeoqve
 gratia dominatur ad æternam vitam per Jesum Christum Do-
 minum nostrum , qvā nos redemit sibi in peculium , & pri-
 prio mercatus est sanguine 2. Pet. II. 4. per quem est illa justitia
 imputatio meritorie. Hunc enim respectum hic attingit Ap-
 ostolus: non autem quatenus ipse efficit justitiam in nobis, &
 vitam æternam daturus nobis est. Qvod cum Patre & Spiritu S. ipsi commune est, uti omnia illa ipsi non post Patrem ,
 sed cum Patre & Spiritu S. debemus , qvia hi tres unum sunt
 1. Joh. V. 7. Id vero hic loci alienum est, qvia solum de eo ag-
 itur, qvod proprium est Christo Domino nostro. ēz Grevarum
 Erasmi & Schmalzius reddunt in morte ; alii autem rectius ēz
 pro eis accipiunt, uti Matth. XVI. 28. Luc. XXIII. 41. Eph. I. 12.
 haec particula sumitur; qvia id poscit oppositio
 ēz ſunrājōvov. Atq; hæc de capite:

Quinto.

05 A 1147



VG 17



Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black										
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

B.I.G.

O THEOLOGICA,
De
VENTIBU
CATIONIS &c.

Cap. V. v.i. & seqq.

otisimum opposita.

Quam per.
ÆSIDE

o, Magnifico, Amplissimoq;
VIRO,

AMO CALOVI

bratisimo, inq; Cathedra Lu
Wittebergenis Pastore vigilantissimo
ore Gravissimo, Circuliq; Electoralis
uperintendente Generali
gè meritissimo,

tore, Præceptore, ac Hospite
antisimè colendo,

ini publico exhibet

HORUS WAGNERU
Ulmensis.

uditorio Majori.

ris Anno M. DC. LXXIV.

• • • • • • • • • • • • • • • •
ITTEBERGÆ,
OHANNES WILCKIUS.